



BIBLIOTHECA
UNIV. JAGELL.
CRACOVENSIS

587668

Mag. St. Dr.

I

Mag. St. Dr.



I

S A N C T I
BONAVENTURÆ

Ordinis Minorum,
S. R. E. CARDINALIS,
Episcopi Albanensis,
Seraphici Doctoris Ecclesie,
S P E C U L U M
Disciplinæ ad Novitios, et de Pro-
fectu Religiosorum;

Item

Epistola; Memorialia XXV. pietatis
eximia documenta

C O M P L E C T E N S,
pro usu Fratrum Minorum Observantium
Provinciae Litvanæ

R E I M P R E S S U M

Annô Dni 1752.



V I L N Æ

Typis S. R. M. Academicis
Soc: JESU.

F. A D R I A N U S
P A U L I
A R L E B E C A N U S
B E N E V O L O L E C T O R I .

*A*ccipe Minimis Magno Do-
ctore libellum,
Virtutis speculum, qui cupis
esse pius.

Panditur hinc sancti Project⁹
semita plana:
Panditur excellens Religio-
nis iter.

Sordibus absterris, videas in
margine juncta

Tam loca Scripturæ, quam
monumenta Patrum.

Immemores sensus affixus diri-
git Index.

Utere. Qui modicum spreve-
rit, usq; cadet.

Bibl Jac

St. Dr. 1978, K. 118578 (223) *Manus*

Manus Religiosorum.

Disciplinæ complures, quo
facilius inducantur, habet
suas Ifagogas, velut prima ar-
tium rudimenta, quæ candida-
tis suis ad altiora viam com-
monstrant. In hunc modum
noster Ordo Seraphicus, quin-
que verba (Religiosorum Ma-
num appellant) ceu elementa
quædam suis tyronibus ab ini-
tio tradit. Hæc cum ipsis tan-
quam digitos suos tenuerint,
paratiores efficiunt ad subli-
miora pietatis & sapientiæ stu-
dia capessenda. Quare operæ
preium me facturum putavi,
sive in gratiam Novitiorū no-
strorum ex sacris literis expli-
carem, & ad juvandam memo-
riam brevibus rhythmis com-
prehenderem.

M A N U S

Joā. 6.

31.

1. Ad quid venisti?

Col:3.5 Non velle meum facere:

Mat:16 Sed paſſiones vincere.

24.

Ps. 83. Sanctamquē crucem tollere:

8.

Et in dies proficere.

Joā. 21.

18.

Defectus vides? Quid ad te?

1. Cor:

10. II.

Qui ſtas, cura non cadere,

Deut. 4 Attende tibi, nosce te.

9.

Joā. 21. Mitemquē Jesum sequere.

22.

3. Eſt mea culpa!

Si cupis eſſe amabilis;

Fatere culpati jugiter:

1. Jo.1.

Peccator es; Humiliter

10.

Dic, ſervus ſum inutilis.

4. Libenter.

Col: 3.

Omine quodcunq; facitis,

Eph: 6.

Fideliter ex animo,

Eph: 6.

Hominibus & Domino;

6.

Non ſervientes oculis.

5. Deo

RELIGIOSORUM.

5. Deo gratias.

In omni quod obvenerit,
Laudato semper Dominum:
Bonum malumve fuerit,
Hunc solūm specta terminum.

I. Th:
5. 17.
Job 1. 21
Pf. 71.
23.

1. PRIMUM monet, ut me-
minerimus illius diei, in qua e-
gressi sumus de Aegypto, & ala-
criter ad terram promissam eū-
tes; de transitu non faciamus
reditum. Sed affectibus, quasi
Regibus Chananæorum supe-
ratis, in virtutibus movea-
mus, Quod Religiosorum om-
nium spectat vocatio.

Exod:
13. 3.

2. SECUNDUM insinuat no-
bis, ut si quid humani in fratrū
grege contingat, non movea-
mur. Nam in quemcunq; an-
gulum se quis abdiderit in hoc
mundo, inveniet homines, a

MANUS

quibus humana omnia aliena
esse non possunt. Duo igitur
nobis sunt observanda. Prius,
nos ipsos ut penitus inspici-
mō; alterū, ut Christū pietatis
ducem adspiciamus, quem se-
cure imitari possimus.

Matt:
11. 29.

3. TERTIUM præparat ad hu-
militatem, omnium virtutum
matrem. Quotidie in multis
offendimus omnes, sæpiissimè
cadimus, & tamen opes virtu-
tum sumus, ut sufficientes non

2. Cor. simus boni aliquid cogitare à
31. 8. nobis quasi ex nobis. Atqué
etiam bona si quæ videmur o-
perari, ut plurimùm coram
Domino bona non sunt. Quod
cùm custodiosè consideramus,
haud facile extollemur, indi-
gnitatem propriā agnoscentes.

4. QUARTUM reddit nos
Deo

RELIGIOSORUM.

Deo & hominibus longè grā-
tissimos: quando si quod præ-
cipitur faciendum, non tergi-
versando aut dissimulando, lu-
benti animo promptoq; faci- 1. Cor:
mus: non quārentes quā no- 10. 33.
stra sunt, sed commodum alio-
rum: cogitationes oculum di-
vinæ Majestatis nunquā dor-
mitare, sed intueri ōnia, in cu-
jus gloriam universa agenda,
docente Apostolo, didicimus.

1. Cor:
10. 31.

5. QUINTUM deducit ad o-
mnium actionum metam Deū,
in quo tranquillè quiescimus.
Ab eo ducimus originem, ad eū
properamq; omnes. Etenī ipse
est Alpha & Omega, principiū Apoc:
& finis, quem in omnib⁹ velut
unicum scopum collimare de-
bemus. Faxit Dnus Jesus, ut
hunc ipsum attingamus, & æ-
terna præmia consequamur, A.

I. I.

INDEX CAPITUM SPECULI DISCIPLINÆ.

*Pars prima de præparatoriis
ad disciplinam tractat. Deinde
Sigillatim de disciplina in o-
mnibus apprehendenda.*

- Caput 1. De vetustatis depositione.
2. De constantia mentis, & cau-
telâ contra tentationes diabo-
licas.
3. Quomodo necessaria sit ad di-
sciplinæ susceptionem humilitas.
4. De captivazione propriæ vo-
luntatis.
5. De præsumptione tam in re,
quam in signo.
6. De irreverentia.
7. De disciplinâ in generali.
8. De disciplinâ in speciali.
9. De disciplinâ circa confessionem
privatam.
10. De disciplinâ circa confessionem
publicam.
11. De disciplinâ quoad positionem
boni.

Index Capit. Spec: Disc:

12. De disciplinâ circa cordis informationem, & primô de oratione.
13. De Lectione.
14. De divino officio in generali.
15. De disciplinâ officij in choro.
16. De disciplinâ officij extra chorum.
17. De altaris ministerio curando.
18. De disciplinâ circa ea, quæ ad corpus sunt.
19. De disciplinâ in gestu.
20. De disciplinâ in modo loquendi.
21. De disciplinâ circa comedionem.
22. De disciplinâ in opere manuali.
23. De disciplinâ in incessu.
24. De disciplinâ in gestu membrorum.
25. De disciplinâ circa habitum servandâ.
26. De disciplinâ in officinis inter fratres.
27. De modo conversandi in omni loco secularium.

Index Cap: Spec: Discip:

28. De modo conversandi in itinere constitutis.
29. De modo conversandi in Ecclesiis fœcularium.
30. De disciplinâ in hospitio servandâ.
31. De disciplinâ verborum inter fœculares.
32. De disciplinâ comedendi inter fœculares.

PARS SECUNDA.

Supradictorum est recollectio. salutaris monita noviter professis adponens, cùm aliis, tum de puritate mentis studiose servanda.

1. De ordinatione respectu Dei.
 2. De ordinatione respectu sui.
 3. De ordinatione circa proximum.
 4. De rerum custodiâ.
 5. De profectu & defectu novitiorum, sive de differentiâ convertorum.
 6. De noviter professis in ordine.
- Pro-

Proverb: 4. 13.

Tene disciplinam, ne dimitas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua.

D. Cæcilius Cyprianus.

Disciplina custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis, facit in Christo manere semper, ac jugiter Deo vivere, & ad promissa cœlestia & di- vina præmia pervenire. Hanc sectari salubre est, & aver- sari ac negligere letale. De disciplina & habitu virginum.

S. Bernardus.

Disciplina non jam constrin-
git liberum, secundum illud:

Ag Fustis

1. Ti:
9.

Justis non est lex posita, sed vo-
luntariorum regit, & dirigit in
viam pacis. Serm: 4. de Assūpt:
B. MARIAE.

Seneca.

Pars virtutis disciplinā
constat, pars exercitatione.
Et discas oportet, & quod di-
dicisti agendo confirmes. Epist:
95.

SAN-

S A N C T I
BONAVENTURÆ

Ordinis Minorum,
S.R.E. CARDINALIS,
Episcopi Albanensis,
Seraphici Doctoris Eccle-
siæ, in Speculum disci-
plinæ ad Novitios

P R O L O G U S.

1. *AD honestatem tendentes, Disci-*
in primis necessariū ha- plina
bent, ut per exercitiū discipline, in pri-
virtutis titulū citius apprehe- mis ap-
dere possint. Nā (ut ait Hugo de prehen-
S. Victore) usus disciplinæ tom: 2, denda.
ad virtutem animum dirigit; monast:
virtus autem, ad beatitudinem vit: in
perducit; ac per hoc (inquit) prolo- go.
exercitium disciplinæ esse de-
bet

Prologus.

bet nostra inchoatio, virtus perfectio, præmiū virtutis æterna beatitudo. Verum qui disciplinā in novae conversationis initiatione negligit, a deam post modū difficile applicat; Et formā quā primò quis recipit, vix deponit.

Pro:22.

6.

Adolescens namq; juxta viam suam etiam cùm senuerit, non receder ab ea. Optima vivendi forma eligenda est, quam reddit asuetudo jucundam.

Primus 2. Primus autem ad profectū ad vir tutem grad⁹, defect⁹ cognitio, magna gradus, quē omnino prudēti securitas, defect⁹ cognitio vivendi modū novisse congruū, pro varia rerum & accidentiū qualitate, nec minimū est contemnere minima, quæ non minimā moribus maculā, eo turpius neglectui habita ingerunt, quo vi-

tari

Prologus.

3

tari facilius cognita valuerunt.
Proinde qui spiritu Dei agutur,
moralibus documentis intendunt;
que tamen superbi & fatui co-
temnentes, nunc superstitiones,
nunc ceremonias vocant; aut cer-
te calumniis fucatis impugnat.
nec enim stultus verba pruden-
tia recipit: nisi ea dixeris, quæ
versantur in corde ejus.

Prov:
18. 1.

3. Hic ergo tractatus per Specu-
superiorum impositionem exal- lū hunc
lībus, rudi quidem juxta scri- librorū
bentis ruditatem, & intenti e- vocat.
xigentiam, stylo, ex diminutis
quoq; ac nudis, ob brevitatem,
incompactisq; interdum, sed
congruis pro morum traditione
sententiis editus, notis Christi
discipulis, pro aliquali speculo
inspiciendus proponitur: ut per
paucā sibi propositā occasiona-
liter

Prologus.

liter fiat in pluribus cautores.

Prov. 9. Da sapienti occasionē, ait Salomon, & addetur ei sapientia.

Prudētia se nonnū quā a liis acōmodat. Senec. lib. de virtutib. cap: Prudētia. Simile elegas. 4. Attendant tamē quædā hic accipienda fore communiter, Et magis ē min⁹ pro loco Et tempore observanda: licet non sēper prosingulis conditionū modifica-
tio replicetur. Prudens, ut rerū varietas exigit, ita se accōmodat tēpori, non se in aliquibus mutans, sed potius aptans: si-
cut manus quæ eadem est cùm in palmam extenditur, & cùm in pugillū constringitur. Nec moveat si quæ projuniorib⁹ im-
pertinentia videātur. Provide junior in his sāpē, quæ ipsū ex-
cedūt, instruitur: ut seniorum se proposito applicans, sit quantū congruit aptior ad agenda, cau-
sior ad evanda.

5. Pro-

Prologus.

5

3. Prolixitatem, forte tetragonam si quis fuerit inspecto-, Libri
ratus: sed necessariam in ex- prolixitas uti-
pertis dicendorum expressionem litate
advertis; nec facile rudes, compen-
(pro quibus est opera) generali- satur.
bus posse commatibus, id est bre-
vibus & incompletis sensi-
tentiis erudiri, aut concisis
passim proficere paradoxis, u-
noq; nihilominus noverit: titu-
lo multa quandoq; perstringi,
que specialem requirent ex-
plicanda tractatum.

6. Duas autem particulas, Divisio
principalem videlicet, & inci- libri.
dentalem, hujus operis series ha-
bet. Principalis dividitur in
duas, in quarum prima de
præparatoriis ad disciplinam,
& aliquibus ejus effectibus
incidenter, in secunda de ipsa
ple-

Prologus.

pleniū tractatur. Præpara-
toria sunt per modum principii,
medii, & postremi, depositio ve-
tustatis, stabilitas mentis ad-
versus tentationes diaboli, &
subjectionis humilitas. Pri-
mum præparationem inchoat;
secundum continuat; tertium
verò consummat. Servanda
erit ubiqz majorum & mino-
rum paragraphorum di-
stinctio, ad seriei &
ordinis eviden-
tiam ampli-
orem.

SAN-

S A N C T I
B O N A V E N T U R Æ

10
7

Ordinis Minorum,
S.R.E. CARDINALIS,
Episcopi Albanensis,
Seraphici Doctoris Ec-
clesiæ, Speculi di-
sciplinæ ad No-
vitios

P A R S P R I M A.

*De præparatoriis ad discipli-
nam, De vetustatis depositione*

C A P U T I.

1. D Eponendus est, secun-
dum Apostolum, *vetus Transi-
homo, & induendus est novus.* Eph:4.
teria o-
mnia in
quod perfectè implent, qui trā- primis
sitoriis abdicatis, non solū abdicā-
da.
pecca-

peccata, verum etiam occasio-
nes fugiunt peccatorum; vete-
riq; fermento per puram con-
fessionem plenius expurgato,
in vita novitate perfecta, soli
præeligunt Domino militare.
In odore igitur unguentorum
Christi, per compendiosam &
tutam sacræ religionis semitā
currere cupientes, prius rerum
temporalium fasciculos depri-
mentes abjiciant: ut ab omni
tam possessione, quam cura pe-
nitūs expediti, Christum Do-
minum expedite sequantur, &
non sint eis tentationis occasio
vel ruinæ. Quod si ante reli-
gionis ingressū nō fuerint ex-
pediti; post ingressum saltem
expeditionem hujusmodi per
alias personas, vel per literas,

juxta

Ad Novitios Pars I.

9

juxta superioris arbitriū quā-
ta possunt acceleratione pro-
curent; non expectatis oppor-
tunitatibus, aut utilitatib⁹ de-
ceptorīis, quas frequenter dia-
bol⁹ sub specie pietatis sugge-
rit. Summa sit eis utilitas, uti-
litates hujus mundi contemne-
re propter Christū, juxta ver-
bum S. Hieronymi: *Nemo renū- Epist:
ciaturus sēculo, bene potest ven- 10. 3.
dere, quæ contempsit ut vende- ad Pau-
ret. Si habes, inquit, in pote- lin: in
state rem tuā, vende: si non ha- fine.
bes, projice. totū Deo dedit, qui
seipsum obtulit.*

2. Post religionis ingressū cō- Cōfessi-
tinuò debent cōfessioni faciē- oni ge-
dæ vacare: & de omnibus quæ nerali
in sēculo à pueritia commise- vacādū
runt, ad memoriam, quantum novi-
poterūt, studiosa sollicitudine tio.
revo-

S. Bon: Spec: Discip:
 revocatis, generaliter cōfite-
 ri. Malorū nāḡ, confessio, initiū
 est bonorum. Ordinis ergo
 status rejicit res atqué reatus.
De constātiā mentis, & cautelā
contra tentationes diabolicas.

CAPUT II.

Exod: 14. 5. *Q*uoniam autem Pharaō
 gientem; & contemptus surgit
 in scandala, nunc apertē, nunc
 occultē, sub specie boni peri-
 culosius tentans; faciant quod
 scriptum est, *Fili accedens ad*
 Eccl: 2. *servitutē Dei sta in justitia &*
 1. *timore: & præpara animā tuā*
ad temptationem. Solent præci-
 Nō flu- puē vires tentationi præbere
 ētuādū fluctuatio mentis circa propo-
 in bono sitū ingressuræ vel ingressæ re-
 propo- ligionis; tarda tepidaq; repul-
 sito. fio, & dejectio spiritus desola-
 ti.

ti. Ea propter in primis in pro-
posito sancto cor suum omni-
no stabiliant & confirment: ne
velut arundo diversis ventorū
flatib⁹ agitati vacillent. Opti- Hebr:
13. 9.
mū est (inquit Apost:) gratia sta-
bilire cor. Et Prosper agit: Quē-
libet hominem donec se, in eo ^{3. de} vita
quod elegerit, certa definitione ^{cōt: 10.}
confirmet, velut in quodā deli-
berationis incert & bivio constitu-
tū; discerpit ipsa diversitas vo-
luntatū. Virtus (inquit) hortā-
tur & provocat ut definitionis
ambiguitate de posita, propositū
spirituale suscipiat, perseveratu-
rū se in suscepti labore propositi,
non sua possilitate, sed Domini
miseratione cōfidet. Cogitet quā-
ti & quāt & potuerunt & possūt,
quod se posse desperat. Unde illi
potuerunt, inde se posse firmiter
credat.

S. Bon: Spec: Discip:

credat. Meminerit illud Apo-
stoli, Fidelis Deus, qui vocavit
vos, qui etiam faciet. & Qui spe-
rant in Domino, mutabunt forti-
tudinem: current & non labora-
bunt; ambulabunt, & non defi-
cient.

Tenta-
tionū
initiis
absq;
mora
resistē-
dum.

2. Ad hæc, temptationum &
cogitationum malarum virili-
ter principiis, & absqué moræ
dispendio est obstandū. Quod
si earum insultus spiritum in-
quietent; non solum familiaris
confessor, verum etiam fra-
tres alii seniori sunt in adjuto-
rium advocandi: ut unius de-
bilitas multorum adjutorio su-
stinetur. Frater, qui adjuvatur
18. 19. à fratre, quasi civitas firma. Qui
autem vulnus detegere, vel au-
xilium petere negligit, sua non
immerito negligentia perit.

3. De-

Ad Novitios Pars I.

I;

3. Deniq; cùm diabolus, ser- Tristi-
vi Dei spiritum per tristitiam tia
dejicere studeat, ipsam, si quā- animā
do irrepserit, citius repellen- deji-
tes, Christo Domino, qui da- ciens
torem hilarem diligit, in cor- citō re-
dis lētitia famulentur: atten- pellen-
dentes solicité, ne de sua un- da.
quam vocatione ingrati aut te-
pidi regratiatores appareat co-
rā Deo, ubi sol radias gratiæ,
nubilum turbationis abscedit.
Solet in aqua turbida latere pi-
scaturus animā coluber tortuo-
sus. Maximū inhabitantis gra-
tiæ signum, spiritualis lētitia.
Porrò qui vocantis gratiam non
agnoscit, indignum se vocatio-
nis fructu constituit. Benefi-
ciis ingratuse exhibitis, ineptus
efficitur exhibendis.

4. Valet quoq; interdum con- Juvat
versis, pro animæ salute, mutatio aliquā-
do

B loci.

14
muta-
tio lo-
ci.
Isidor
lib: 2.
de su-
mo bo-
no 5.
10. sen:
7.

S. Bon: Spec: Discip:
loci. Plerumq; enim dum muta-
tur locus, mutatur & mentis af-
fectus. Valet pro mentis tenta-
tionibus impulsæ præsidio; va-
let pro morum citius ac perfe-
ctius assequendo peculio, ex-
tra cognationem & patriam,
vel ad tempus secedere.

Sæpe &
ferven-
ter orā-
dum.
1. Cor:
10. 23.

modo sufficerent, ad machina-
menta diaboli repellenda, ad
Christum, propter quem omnia
contempserunt, qui est tenta-
torum refugium & debilium
fortitudo, qui se fideliter invo-
cantibus facit cum temptatione
proventum, ut valeant sustine-
re, crebris supplicationibus &
devotis recurrent: ut qui eos
dignatus est de fornace Baby-
lonis eripere, bonum in eis per-
ficiat quod incepit. Frequens
& fervens oratio, dissipat omne
malum.

*malum. Ollæ ferventi muscæ
non insident.*

*Quomodo necessaria sit ad disci-
plinæ susceptionem humilitas.*

C A P U T III.

1. **D**Enique, quoniam (ut ait ^{tom: 2.}
Hugo) *Sicut cera, nisi instit-*
prius emollita fuerit, formam ^{mon: ad}
non recipit: sic & homo quidem ^{monit:}
ad formam virtutum non flecti-
tur, nisi ab omni elationis & co-
traditionis rigore, per humili-
tatem humilietur: necesse habent
qui disciplinæ cupiunt mori- ^{Humili-}
bus informari, ut humilitatis lo-
radicem in corde figere stude- ^{cū pa-}
ant: & tumorem propriæ vo- ^{rat di-}
luntatis, præsumptionis & ir-
reverentiaæ vitia, quæ à super-
bia procedere solent, tam in re,
quam in signo vigilantiùs ca-
veant: ut humilitas ancillæ
B2 more,

*S. Bon: Spec: Discip:
more, locum præparet disciplinæ.*

*De captivazione voluntatis
propriae.*

C A P U T III.

i. Voluntatem itaq; propriā
ingenti curent studio ca-
ptivare. Quid enim prodest sub
unius ordinatione viventibus,
quod facultates suas abjiciunt,
si proprias voluntates non relin-
quunt: cum sit præstantius vo-
luntatibus renunciare, quam re-
bus? Tota religionis perfectio

In vo-
luntatis propriæ abdica-
tionē tota re-
ligionis perfe-
ctio. in voluntatis propriæ abdica-
tionē consistit: quare potissi-
mū perfectionis & disciplinæ
industrius appetitor, voluntatibus propriis edomandis, &
præsidentium nutui subjugā-
dis invigilat.

2. Profecto in duob⁹ erit sub-
iectæ probatio voluntatis, si vi-
delicet in sibi injunctis devotè
obediat; & in agendis suis sem-
per habere auctoritatem obe-
dientiæ non omittat. Primi,
hoc est, obedientiæ in injun-
ctis, patet necessitas, patet &
meriti magnitudo. *Nam quid-
quid vice Dei præcipit homo,
quod non sit tam certū displicere
Deo; hoc omnino accipiendum
est, quasi præcipiat Deus.*

3. Ad meritū etiam melior Meritū
est obedientia, quam victimæ,
sanctæq; obedientiæ holocau-
sto, nihil Deo gratius exhibe-
tur. Nemo ad perfectionis se-
mitam currēdam magis expe-
ditus, quam verus obediens.
Quamobrem obedientiæ filii,
se totos ad obedieundum expo-
nant; moxq; ut Prælati vo-

cem audierint, quasi divinitus imperetur, moram pati nesciant, sed relictis omnib⁹ ad injuncta quæqué fideliter exsequenda, prompta devotione confurgant: ut vicino Obediētiæ pede, velut uno momento, jubentis vocem, facti exhibitione sequantur. Perfecta obediētia sua imperfecta reliquit. Quin imo nec bonus obediens verbū exspectat, ubi de superioris sibi consliterit voluntate.

Optimus obedientiæ gradus.

4. Illum autē optimum dixerim obedientiæ gradum, cùm eo animo opus injunctū recipitur, quo ē præcipitur: cùm ex voluntate jubentis, pendet intentio exsequentis. Nunquam de majorum sententiā judicet, quorū officii est obediere. ē implere quæ iusfa sunt. Deinde si ad profectum volunt obedientiæ pervenire; constan-

Ad Novitios Pars I.

19

constantí secum deliberatione
proponant, devote semper ad
omnia obedire. Si quid igitur
grave vel impossibile fortè injū-
gitur: suscipiant quidem cum o-
mni mansuetudine jubētis impe-
riū. Quod si omnino suarū viriū
pondus excedat; impossibilitatis
sue causas ei, qui præst, patiēter
Opportunè insinuent, non super-
biendo vel cōtradicēdo, vel alias
levi murmure resistēdo, si adhuc
superior in sua māserit sentētia:
ita sibi noverint expedire. Ex
charitate de adjutorio Dei cōfisi,
obediant. Christus factus est pro nobis
obediens usq; ad mortem,
mortem autem crucis, qui licet
ad Patrem pro calicis transla-
tione clamaverit, continuò ta-
men adjunxit, Verum tamē non mea
voluntas, sed tua fiat. Nō 22. 8.
solum majoribus, sed sibi etiam

S. Be-
ned:
Reg:
cap: 68.

B4

invi-

invicem obedientiam certatim
 impendant. Incumbit enim
 Christi discipulo, ut omni pe-
 tenti se tribuat; & exemplo A-
 postoli, voluntarios se omniū
 servos constituant; sintqué, ut
 scriptum est, *subjecti invicem*
in timore Christi.

1. Cor: 9. 19. Secundi necessitas, hoc est,
Ephes: 5. 21. obedientiæ in agendis, ne quid
Obe. dietix videlicet sine obedientia præ-
in agē- sumatur, quia simplicioribus
dis, au- forte aliquibus minus patet, a-
ctori- liquanta videtur prosecutio-
tas su- tangenda. Habenda est planè
perio- rū ac- cedat. in agendis, obedientiæ sanctæ
auctoritas; sine qua nec etiam
ipsa bona, bona sunt: volun-
tas siquidem propria, boni vir-
ser: 71. tutem infirmat. Sanctus Ber-
in fine. nardus super cantica ait: Grā-
Nō vo-
luntas de malum propria voluntas, qua
prōpr. fit, inquit, ut bona tua, bona non
sint.

Ad Novitios Pars I.

21

sint. Etenim si in die jejunii mel,
inveniatur voluntas mea; nō rā-
le jejunium elegit Dominus; nec
sapit illi jejunium meum, quod
non obedientiam, sed virtūtē vo-
lūtatis propriæ sapit. Et subdit;
Ego autem non solum de jejunio,
sed de silentio, de vigiliis, de ora-
tione, de lectione, de opere ma-
nuum; postremò de omni obser-
vantia monachi, ubi invenitur
volūtas sua in eo. Et non obediē-
tia magistri sui, id ipsum sentio;
minime prorsus observātias il-
las et si bonas in se, inter virtu-
tes censuerim deputandas.

6. Itaq; novi Christi disci-
puli, se metipso penitus abne-
gantes, in agendis suis, id est, in
operationibus, locutionibus &
rerum quarumlibet usu, non
propriam voluntatem, sed su-
periorum, in omnibus disposi-

B5

tio-

In operationem sequantur. Pro quibus
ribus tamen sit specialis eorum licen-
tia vel assensus habendus, con-
siderari oportet. Et primò,
non est circa operationes videndum,
opus quod earum quædam commu-
nibus seu conventuales, quædam
speciali obedi-
entia. speciales seu personales esse
noscuntur. Specialium eti-
am quædam ad proximum,
quædam ad personam pertinent
operantis. Pro conventionali-
bus, quæ commune simul at-
tingunt collegium exequendi
non est licentia, requirenda:
cùm ad hujusmodi sit eatenus
superiorum licentia, imò impo-
fitio generalis, ut ea (quæ si-
ve in choro, sive in refectorio,
sive alibi, modo prædicto, ad
vitæ conventionalis consuetudi-
nem pertinent) nullus convé-
tualis auctoritate propria, præ-
ter

ter evidentem necessitatem li-
cetē prætermittat. Inde est,
quod ab officio chori, ab aliqua
videlicet hora Canonica, vel à
communi conventus refectio-
ne, aut à conventionalibus aliis,
quemqué absq; licentia ema-
nere, vel assistentem recedere,
his necdū in collegio consum-
matis, non licet.

7. Pro specialibus ad proximi
alterius fratris necessitatem Sieut
spectantibus, nullum commu- nec in
nis seu conventionalis vitæ, cō- specia-
svetudini, aut executioni lib⁹ ad
specialiter injunctorum impedi- proxim-
mentum præstantibus, nequa- mū cō-
quam ad superiores, sicut nec munia
pro communib⁹, pro licentia nō im-
dixerim recurrentum: cùm pedi-
secundūm Apostolum, Alter Gal. 6.
alterius onera portare; Et per 2. Gal:
charitatē spiritū servire invi- 5. 13.

cem debeamus. Verumtamen, tempore quo conventualia, vel alia injuncta fieri debent, non sunt præter licentiam specialia seu gratuita hujusmodi facienda. Illa quoqué, quæ ad quotidiana communium officiorū obsequia, vel ad proximi necessitatēm non pertinent corporalem; quale est scribere in quaterno, & alia hujusmodi similia, maximè si occupationē prolixiorem inducunt, agenda sunt de superiorum assensu.

Specia-
lia per-
sonalia
sine li-
centia
non fa-
cienda.

8. Pro specialib⁹ ad personā operantis spectantibus, sive ad carnis mortificationem pertinēnt; ut sunt vigiliæ nimis longæ, vel abstinentiæ singulares; sive ad exercitium spectent operis manualis per se vel per alium faciendi; licentia quæratur, sine qua Religiosus suas

suas singularitates facere nō debet: quippe cui nec corpus suū habere licet in propria potestate. Et reg. c.
quod sine permissione patris spiri- 33. I-
tualis fit, præsūptioni deputabi- bid. c.
tur & vanæ gloriæ vonmercedi. 49.

Nec potest sibi operari pro voluntate, sive pro scribendo, sive a-
lia faciendo, sive in rebus suo
usui deputatis, ut sunt libri, ve-
stes, lecti, & alia hujusmodi,
aliter immutando. Incongruē
quoqué pro uno, res pluribus
servitura mutatur. Fit res fre-
quenter ex mutatione deterior:
& quod mihi studiosè coapto,
aliis discoapto. Hæc de ope-
ribus. Nec tamen negaverim,
ad minima seu exilia quædam,
& vix reputanda alicujus mo-
menti, solam sufficere conni-
ventiam Prælatorum.

9. Circa locutionem hoc te- In lo-
neant,

26 *S. Bon: Spec: Discip:*
cutione neant, ut coram superiore, ma-
qui
mod9. xime in Capitulo, sine ejus af-
fensu præhabito non loquan-
tur: aliás de necessariis & ho-
nestis, loco & tempore debit is,
loqui prout eis ordinatum fue-
rit, poterunt inter fratres. Lo-
cutio verò cum extraneis, sive
sæculares, licet fratribus obse-
quentes, sive religiosi quilibet
suerint, fratribus novitiis est
probationis tempore penitus
interdicta, sine fratre professo,
qui omnia loquentis verba, &
respondentis audiat, sine licē-
tia speciali, sine qua nec ad por-
tam, nec ad extraneos ipsis in-
dulgetur accessus. Personis ta-
men hujusmodi si occurrerint,
poterunt inclinare: vel si loc9,
aut tempus loquendi fuerit, &
non potuerint subterfugere,
bono modo eos breviter salu-
tare.

tare. Si de loquendo secum requiratur ab eis, respondere humiliter debent, se loquendi aut morandi licentiam non habere. Nulla prorsus alia eorum audiant verba, nec cum eis aliquatenus sedeant, vel ulterius commorentrur: sed si locutionem necessitas exigit vel honestas, dicant ad eos, obtenta, si poterunt licentia, reversuros, valeque recedendo potius faciant quam morando. De licentia tamen hujusmodi, Praetato est cautiùs providendum, vel ab ipso tantum, vel ab eorum instructore (qui est eis ab ipso religionis ingressu specie liter assignandus) semper cum praesens in domo fuerit, requiratur: ne a diversis, non absq; vitandæ confusionis periculo, minùs providè concedatur,

Item in
usu re-
rum.

10. Circa receptionē rerum,
distributionem & usum, quo-
niā à superiorum auctoritate
dependent, duo præcipue sub-
ditis attendenda videntur. Pri-
mum, ut qui dat aliquid, illud
ex officio possit dare, secundū,
ut det quidem, non secundū
propriam voluntatem, sed pro-
ut sibi à superiore fuerit cōsti-
tutum. Nec superflue dixerim
ad officium attendendum: qui
enīm non habet officium ad-
ministratiōnis, nihil aliis debet
communicare, vel in fraudem
horum dimittere potest. Rur-
sus ipsorum officialium officia
sunt distinēta. Aliis namquē
necessariarum rerum procu-
ratio, non tamen procurata-
rum est distributio commissa:
ab illis autem non est absq; li-
centia recipiendum aliquid
spe-

speciale. Aliis autem, juxta diversa rerum officia, communis distributio rerum committitur. Ab his communia ipsa (si ordinariè, quando scilicet & ubi, vel quomodo, juxta sui limitationem officii distribuere debent, distribuunt) licet recipi possunt; qui verò extraordinariè postulat, ad licentiam superioris recurrat. Præter communia supradicta, quicunque rem aliquam occulte, sine superiorum assensu recipit, habet vel utitur, à religionis delirat licetia, & quidquid habet, malè habet. Porrò cùm illud Propriū proprium esse dicatur, de quo quid. disponere licet juxta propriā voluntatem, omni assensu alio circumscripto, non pauper sed dominus reputandus videtur, qui rem quamcunque aliis dis-

tri-

stribuendo ut libet, sine superiorum auctoritate dispensat. Res sunt quidem communes, sed usus dispositio pertinet ad Prælatos: ut per eorum curā singulis, juxta modum & regulam sibi à Sanctis Apostolis constitutā, prout unicuique opus fuerit, dividantur. Usurpatus autem sine licentia rerum usus, culpabiliter temerequé presumitur, & prorsus illicite vendicatur.

*Nil recipiens
dū clā
superiore.*

i. Statutum quoque religiosæ mancipatiōnis evadit, qui in usu proprio rem aliquam, sive à parentibus, sive à quibusdam aliis recipit; aut quod majoris est culpæ, recepta occultans, superiorum indicio non exponit. *Qui rem sibi collatam celaverit, Sanctus Augustinus eum furti censet in judicio condamnatur.*

*Reg:
26.*

mnandum. Nulla enim res, quā superior non dederit aut permiserit, est licita proprium abdicanti. Sunt qui oblata sibi, sed Prælato mox deferenda recipere licitum existimant: sed regulari privato, receptionem occultam non dixerim esse tutam. In commodandis pro cohabitantium indigentia rebus, non est lex posita charitati. Possum rem fratri petenti expondere concedendam, non tamen impēdere vendicandam.

12. Proinde fratres novitii, Ne minū nullatenus sine licentia, nec à dēt ac- se invicem, nequè à fratre, ne- cipient qué à quocunquē homine rem novitii aliquam, sive tabulas, sive sine li- a- cētia. cum, sive aliquid quodlibet ac- cipere, aut dare attentent ali- qua ratione. Sic nec literas ad se missas recipient, aut aliquo casu

casu receptas aperiant, quæ à portatore, vel eo, qui receperit eas, priùs debet ad superiorem, vel si superior ordinaverit, ad eorum instructorem deferre. Sic nec rem alterius fratri usui deputatam, præter ipsius conscientiam occupare licebit. Genius est furti, & plerumque turbationis occasio, rem fratri usui deditam, eo, si adsit, inscio detinere. Poteſt fidelis servus & prudens nonnulla pro loco & tempore facere, de tacito vel probabiliter præsumpto superiorum assensu, ad ipsum deniq; finaliter, acta quæque per ausum hujusmodi relaturus. De cætero, quidquid religiosus boni facit aut dicit, quod suo nō noverit disPLICERE Prælato, à veræ obedientiæ merito non fraudatur. Felix hæc servitus,

imò

imò gloria libertas, qua quis
sponte in regiam venditus ser-
vitutem, Deum & ejus vica-
rios potius, quam seipsum, su-
per se regnare constituens, suæ
prorsus renunciat voluntati.

Felix
servi-
tus.

*De præsumptione tam in re
quam in signo.*

C A P U T V.

1. PRÆSUMPTIONEM interio- Interi-
rem & exteriorem sum- or præ-
mopere fugiant. Interiorem; sūptio
ut sensum suum sensui nō præ-
ferant aliorum; nec de bonis à
Deo sibi collatis inaniter extol-
lantur: imò in tantum cæteris
se inferiores & viliores ex inti-
mo credant affectu, ut nec se a-
liquid etiam esse existiment.
Nempè, secundum Apostolum
qui se existimat aliquid esse, cum Gal: 6.3
nihil

S. Bon: Spec: Discip:
nihil sit, ipse se seducit. Nemine
spernant, neminem judicent,
cum frequenter humanum fal-
latur judicium, & Beato Augu-
Cōfes: stino teste, s̄e p̄ species facti se a-
^{l.} ^{3.} ^{9.} *liter habet, aliter animus facie-*
tis; piē de omnibus quæ occur-
rerint sentiant, licet rei non in-
telligentiationem. Omnia per-
versæ possunt pervertere men-
tes.

Et ex-
terior. 2. Exterioris præsumptionis &
 superbiæ notam, in omni actio-
 ne sua, gestu & verbo, summo
 studio fugiant, quæ humilita-
 tis sunt, in omnibus amplexa-
 tes. Prætextu actionis, præ-
 sumptionem in officiis & in lo-
 cīs evitent. In officiis Præla-
 patio. tationis vel Ordinis, aut in aliis,
 ne offi- cii ali- quæ aliquam videntur superio-
 eni. ritatem habere, nihil sibi usur-
 pent. *Liber à culpa non est, qui*
alie-

alienum usurpat officium. Præ-
sente superiore, vel alio fratre
majore quam ipsi fuerint, ordi-
ne constituto, ad incipiendum
extraordinariè officium, ad be-
nedicendum cibum vel potum,
ad dandum fratribus aquam
benedictam; vel ad alia hujus-
modi, se nullatenus ingerant.
Ad divinum quoquè officium,
nequaquam post seniores vel a-
lios majoris ordinis gradu pro-
motos, proprio legant injectu:
quoniam quidem nullus omni-
no, in minori ordine consti-
tutus, post alium majoris ordi-
nis permittendus est legere, ni-
si necessitate cogente, vel le-
gentium ordine permutato, ut
in aliquibus festis fieri solet,
præterquam in homilia quan-
tum ad primā lectionem, quam
ratione Evangelii, Diaconus
legere

legere solet. Lectiones autem quæ de homilia supersunt, non sunt ab aliis facile, quam à Sacerdotibus presumendæ. In choro, pro dissonantia forte cantantium, vel ob aliam hujusmodi causam, manum ad formam percutere; in mensa iectu cultelli, vel quomodolibet aliter signum cum sono facere, ab eis tamtummodo fiat, quorum super defectibus chori vel mensæ intendere spectat: nec hujusmodi facile debent ab aliis usurpari. Multa enim sunt superioribus licita, quæ reprehensibiliter ab aliis presumuntur.

Luc: 14 3. Ad hæc, quia novissimum
8. In eligi locum, magister ipse hu-
loci di- militatishortatur, locis semper
gnioris novissimis novitii gaudeant.
occupatio- Et nunquam in choro, vel mē-
ne. fa,

sa, seu alibi, ad prima se inge-
rant loca: sed ea potius adeò
cautè ac sedula si valuerint pro-
visione declinent, ut vix ab a-
liis perpendatur. Alias omni-
no caveant, ne congregationis
ordinem turbent, & fiant inter
alios pro tumultū occasione,
notabiles. Cavendum proin-
de, ne, dum nīmis vitatur præ-
sumptio, inordinationis acce-
dat confusio. Vitanda est ubi-
qué disconvenientiæ nota, ma-
xime in congregatione. Lo-
cus verò superior, ad quem ne-
cessitas vel superiorum trahit
inductio, præsumptionis vitiū
non inducit. Porrò molesta est
humilitas, quæ contentioni deser-
vit. Si quando juxta superio-
rem, vel alios seniores necessa-
riò federint, non se nimis appli-
cent juxta eos. Juniori siqui-

Mole-
sta hu-
militas
cōtēti-
oni de-
fervi-
ens.

C dem

dem aliquam à seniore distan-
tiam, reverentia ritus indicit.
Antiquior autem frater in or-
dine, vel alias in officio præ-
minens, licet ætate sit junior,

Sap: 4. senior appellatur. *Ætas sene-*
9. *Et gen-*

sibus.

4. Præsumptionem in gestu,
elatum caput, sublimiores oculi,
facies vultuosa declarant.

3. devi-
ta con-
cept: 8. *Nám, ut ait Prosper, Erecta
cervix est truces oculi, et sermo-*
terribilis, nudam superbiam cla-
mavit. Sed quantum per mem-
brorum ministerium potest de-
prehendi, prima superbia o-

Job 22. stensio in oculis esse solet. *Qui*
29. *inclinaverit oculos suos, ipse sal-*

Matt: 6. 28. *vabitur; Secundum namq; E-*
vangelium, si oculus tuus fuerit
simplex, totū corpus lucidum e-
rit, econtrà, si nequam, totū te-
nebrosum. Præsumptio etiam
gestus,

Ad Novitios Pars I.

39

gestus insignis & nutibus fre-
quenter agnoscitur, ut exem-
pli gratia. Si quis in choro, vel
alibi, pro fratribus defectibus,
satyrice nubilum vultuositatis
assumat; vel levi cachinno, id
est, risu; vel motu capitis, ocu-
lorum circumillustratione, na-
rium contractione, labiorum
compressione, vel alio quovis
modo, defectum fratris tacite
arguat vel subsannet, si errante
in choro, vel in mensa lectore,
submissitet, aut circumspiciat,
quasi eum defectus lugentis
non lateat, quod frequenter so-
lent facere etiam minus docti.

5. In locutione etiam notatur præsumptio, si quod dicitur, nō pertinet ad dicentem, aut dicendi modus aliquem superbiæ typum prætendat, aut pro loco, tempore, & personis fuerit

In lo-
cutio-
ne.

S. Bon. Spec. Discipl:

à locutione cessandum. Propter primum, humilis frater de alienis factis inquirēdis, se nullatenus intromittat, alios fratres docere, regere, arguere, vel eis aliquid imponere non præsumat: quia hoc esset seniorum vel superiorum officium usurpare. *Superbus autem (ut ait S. Bernardus) prima die, quando ingreditur, habitare, incipit leges dare.* Potest tamen frater, si super aliquo cum instantia requiratur, potentibus super interrogata humiliter responde-re, vel insinuare, quod sentit: ita tamen, ut contra resistentes dicta sua pertinaciter nulla ratione defendat. Qui etiam alii, superioris mandatum insinuat super aliquo faciendo, manda-ti auctoritatem cum humilitate proponat, ne quod denun-ciat

ciat ipse imponere videatur. Si proprium cogatur recommen-
dare officium, nequaquam im-
perium imponētis usurpet, sed
id suppleri à sociis, obsecratio-
ne humili obtineat. Præsum-
ptionem ergo evitat prudens
humilitas. Præsumit tamen in-
terdum humiliter, viscerosa &
provida charitas.

6. In modo loquēdi, vitiū præ-
fūptionis innuitur, si illud quod do lo-
dicitur, jactanter, impetuose,
camorose, cōtētiose, despecti-
vē vel nimis rigide proponatur.
Saviter enim & humiliter est
loquendum. Rursus qui tem-
pore vel loco silentii, aut in su-
periorum, seniorum, aut con-
ventūs præsentia, non compri-
mit lingvā suam, præsumptuo-
sus & intemperans meritò ju-
dicatur. *Loqui in medio magna*

Eccles.
31. 13.

S. Bon: Spec: Discip:
torū non præsumas, ait Sapiens.
Et iterum; In medio seniorum
non adjicias loqui. Hoc præci-
pue intemperantia & præsum-
ptionis est nota, si novus frater
in ordine, vel junior quispiam
seniore præsente, sine ipsius nu-
tu maximè coram extraneis,
loqui aut respondere præsu-
mit, nisi ex officio vel commis-
<sup>3. de
vita cō-
rēp: 19.</sup> *so habeat prius loqui. Tempe-*
rantiæ est, ait Prosper, quod præ-
stamus loquenti seniori silentiū;
quod ipsius ad loquendū præsto-
<sup>In con-
ventu
nemini
loquen-
dū est.</sup> *lamur imperium. In præsentia*
vero conventū, nullum con-
venit loqui sine requisito supe-
rioris assensu, nisi tantum se ac-
cusando, vel ad interrogata su-
periori, vel corrigenti ad mē-
sam breviter & humiliter re-
spondendo.

7. Et ut breviter voce Sancti
 Bernar-

Bernardi præsumptuosū agno. Præsū-
scas. Prior in conventu residet, ptuosū
in consiliis prior respondet, nō vno-
catus accedit; non missus se in- Tract:
tromittit. Reordinat ordinata, de gra-
reficit facta. Vilem se si non e- di hu-
mineat, æstimans, & humilem milita-
esse inter alios erubescens. In tis in
locis & cæteris, quæ honorem septi-
redolent, se quibuslibet aliis mo-
parificare contendit, audax i- gradu
pse ad quælibet sit frōtuosus &
impudens; quod est maximum super-
vitium in neophyto & juvene.
Religionis confusio, juvenis præ-
sumptuosus & effrons. Repre-
hensibilis maximè in juvene
præsumptio, quem magis hu-
militas, stabilit, verecundia or-
nat, venustat simplicitas, ti-
mor insignit, & aptum efficit
disciplinæ, cuius initium est. Eccl: 2.
Qui sine timore est, non poterit 23.
justificari.

De Irreverentia

C A P U T VI.

I. Irreverentia denique vitium, est humili Dei servo vitandum, cum scriptum sit:
 Rom: Cui honorem, honorem; & Ho-
 13. 7. nore invicem prævenientes. At-
 Rom: 22. 10. tenditur irreverentia respectu personarum, loci sacri, & tē-
 poris, officii divini, & rerum eidem officio specialiter ordi-
 natarum. De irreverentia Præ-
 tis & senio-
 ribus deferē-
 dum. latis, aut aliis fratribus, ætatis aut prioritatis, aut diuturnita-
 tis in ordine gratia, vel sacri or-
 dinis, vel pro virtute merito ex-
 hibenda, Sanctorum dicta, Pa-
 trum, & vera humilitas, quæ non solum Prætatis & seniori-
 bus, verum etiam æqualibus &
 inferiorib⁹, se spontanea subjici-

Ad Novitios Pars I.

45

cit voluntate, pleniū docent, 1. Petr.
& ejus oppositum detestantur. 2. 17.

Non senioribus tantum, imò &
omnibus honorem Petrus A-
postolus sentiebat exhibendū.
Deferre humiliter sociis hono-
rem, charitatis est fraternæ fo-
mentum, conscientiæ bonæ il-
lustrisque animi evidens argu-
mentum. *Vix nisi socio deferas,*
cum ipso proficies. Est præcipue
conventui, & superioribus de-
ferendum. Conventus quidem
venerabilis, imò terribilis, ut Cant:
castrorum acies Christi ordinata. 6. 9.
De superiore Sapiens ait: *In*
medio fratrum, rectore eorum in Eccel:
honore. Istis quanto major est
reverentia exhibenda, tanto e-
tiam majoris offendæ arguitur
irreverentia circa ipsos.

2. Sanè committendo & o-
mittendo, irreverentia ad i-

Cs pfos

Irreverentia pos nota contrahitur. Committendo, si coram eis inordinatum quæ sit cōmitatē in cōvenitum. Unde non decet coram conventu, in clauſtro, vel alibi residente, sine debita maturitate & honestate, quantum ad membrorum & habitus dispositionem transire, vel eidem tranſeunti occurrere, si ab eo valeat commodè declinare; aut tumultum facere coram eo. Magnus utique reverentiæ cultus conventionali congregatiōni debetur: quem qui mussitationibus seu cachinnis, aliavè clamoris vel dissolutionis lascivia, solvere non veretur, aut attrita fronte superbus, qui artari silentio dignatur; aut honestatis & religionis ignar⁹, liquido comprobatur.

3. Quod autem superiore præſente

Ad Novitios Pars I.

20
47

sente agitur minus religiose vel Irrever-
dicitur, quid eo turpius? Pro- ^{rētia in}
pter hoc, qui mala in ejus præ- ^{superi-}
orem.
sentia cōmittere non veretur,
ipsum irrevereri & inhono-
rare convincitur: magis autem
si eum scienter per alicujus
insolentiam facti, vel importū-
nitatem verbi temerario ausu
molestat. Imò de necessariis,
docet beatus Benedictus, *quod Reg: 5.*
si quarequirenda sunt à majore,
cum omni subjectione & humili-
tate reverētiæ requirātur. Cum
ipso autem Prælato contendere
ne nefas est, & execranda in
subdito irreverētiæ turpitudo.

4. Deniq; tam circa præla- Irrever-
tos, quam circa alios seniores ^{rētia in}
cavendū, ne in attractione, rem.
locutione, officiorum recom-
mendatione, ac similibus, an-
quid ad eos signum vilificatio-

nis appareat. Nunquam junior
frater ad senioris fratri caput,
aures, vel faciē, quasi applau-
dendo, vel ob aliam quamli-
bet causam nisi necessariā, ma-
num apponat, vel aliter cum
eo, facto vel verbo, minūs re-
verenter jocetur. Quando se-
niores sibi præsentes alloqui-
tur, & si forte aliquando co-
rum nomen proprium, ipsis
quidem ex reverentia suppri-
mendum, necessariō nominat,
semper tamen cognomen sub-
ticeat: nisi propter astantes æ-
quivocum specificare cogatur.
Seniorum auribus nomen pro-
prium vel cognomen, nisi ex
causa junior irreverenter in-
culcat. Verūm, licet in utilita-
1. Reg: 20. 2. tis notam nomen proprium ex-
4. Reg: primi; ex amore vel reveren-
5. 13. tia supprimi scriptura innuēte

nove-

noverimus: sine vitio tamen
palam seniorib⁹ ipsis exprimi-
tur, quando irreverentia notā,
mos, modus, & congruentia re-
dimunt. Sæpe quod erat in-
congruum, necessitas, gratia,
vel consuetudo convertit. Sa-
pit autem vitium, si ad te ver-
bo vel nutibus superiorem ac-
cessis, ad quem est tibi facilis
aut liber accessus, honestius e-
nim ad eū, cui reverentiā debes,
tu accedis, quām ipsum ad te
accedere facis. *Nullus etiam Frater*
frater est puro nomine appellan- suo no-
dus: sed proprio nomini appo- mine
nēdū est semper religiosæ præ- non est
nominationis insigne. Sed nec appell-
solo cognomine vel nomine pa- läd⁹, ut
tria, puta Lōbardus vel Galli- S. Bene.
c⁹, frater est aliquis nūcupād⁹. reg: c.
5. *Humilia & laboriosa officia*
recommendari coequalibus &
junio-

Officia junioribus, maximè convenit.
a quali-
b9 cō- Quod autem suum quisqué of-
mendā- ficiū, suo dumtaxat compa-
da.

ri, ut Acolytus Acolyto, Sub-
diaconus Subdiacono, & sic de
aliis, recommendet, in officio
specialiter divino locum habet:
ubi personarum non quidem
acceptio vitiosa, sed ordinata
discretio, juxta cuiuslibet sta-
tum, & ordinem est habenda;
ne Ordinum sancta Patrum au-
toritate distinctio confunda-
tur. Propter hoc, etsi cantoris
officiū ad fratres novitios nullo
modo pertineat: si tamē ad hoc
per superiorem cogantur, cau-
tē provideant quōd lectiones,
responsoria, & antiphonas di-
stribuant ordinatē, ordinum
gradib9 observatis, primas an-
tiphonas majoribus, Prælato,
vel Hebdomadario vel Se-
niori aliqui Sacerdoti: vel

vel quando mos habet minoribus in vesperis, nocturno & laudibus, offerentes; deinde post unum vel duos si oportuerit fratres gradus ejusdem ad alios ordinatè secundum gradus Ordinum processuri. Nec facile diversorum in Ordinibus graduū fratres combinent, aut minora officia in majori Ordine constitutis imponant. Prius quoquā ordinatos aliis præferendos jura decernunt; nunquam Ordinum confusionem in choro religionem putent: cùm id magis abusionem, irreverentiæ quā obnoxium esse constet. *Omnia, inquit Apostolus, honestè & ordinatè fiant in vobis.* Et in Paralipomenon de ministris Domini dicitur, quod stabant secundum ordinem suum in ministerio. Si quis sedi-
lium

*1. Cor:
14. 40.*

S. Bon: Spec: Discip:

lum chori dumtaxat Ordinē,
fine alio personarum delectu,
in hujusmodi æstimat observā-
dum: penset si à carpentariis
construetus lignorum ordo in
sedilibus, sit ordini præferen-
dus Ecclesiastico. In personis
servandū in Ecclesia Ecclesiæ
ordinem, decrevit auctoritas,
æquitas, & honestas.

Irrever-
rentia
nota in
omitt.
tendo. 6. Omittendo notam irreve-
rentia quis incurrit, quando
senioribus & maximè Prælatis,
honorem vel obsequium debi-
tum; aut in obsequio ipso, ne-
gligit reverentiam exhibere.
Aliqua de hoc potius expref-
sione patebunt. Honori quis
detrahit, si eis humiliter non
assurgit, vel eis astantibus ipse
sedet. Si deficientibus in choro
vel alibi sedibus, locum eis non
offert, si eis in choro, in mensa,
in

in sedendo, eundo, & hujusmodi, si commode potest non cedit. Obsequio detrahit, si haec eorum personis, quando palam egent, non exhibet; si eis in aliquo humili vel laborioso officio, in sui presentia occupatis, se ad id faciendum vel co-adjuvandum non exhibet, si quod ad se ex officio pertinet, eis faciendum dimittit. Expedit itaque, ut juniores fratres senioribus fratribus humiliter deferentes, eos, in his quæ purè sunt oneris, non honoris agenda, sive ad officium divinum pertineant, sive ad alia humilitatis officia studeant prævenire. Ad providendum de lumine ac libris in choro & extra, ad officium Beatæ Virginis, quæcum ad invitatorium & lectiones, cum plane dicuntur; officium

Humi-
lia offi-
cia ju-
niors
senio-
ribus no
re. Per-
mittat.

cium quoqué mortuorum, quā-
tum ad primas lectiones; nec
non ad horarum versiculos, ubi
ad hæc dicenda præsens non
fuerit specialiter aliquis assi-
gnatus; ad offerendū aquā pro-
manibus abluendis, ad levan-
dū mensas finitis gratiis, & ad
ministrandum celebrantibus &
altari, quoties necessarium fue-
rit ex officio suo, sive in mino-
ribus, sive in sacris fuerint or-
dinibus constituti, solliciti sint
& prompti: nec ista aut simi-
lia senioribus facienda derelin-
quant. Erubescat Diaconus vel
Subdiaconus vacans, & obten-
dens officium, quod aptè po-
test dimittere vel differre; Sa-
cerdote ad missam vice Diaconi,
vel Diacono pro Subdiaconi-
no, ministrante. Nec magnum
est, si hebdomadas casu conti-
nuet;

nuet; graviora passim conti-
nuantur officia. Debetur cui-
libet ordini gradus suus: nec
de gradatioribus est agendum,
nisi forte aliud congrua inter-
dum causa deposcat.

7. In obsequiis eorum, maxi- Reve-
mè qui vice Christi nostrarum rēdi se-
sunt animarum custodes, non niores.
est reverentia omittenda per
caputii abstractionem, dum eis
ministramus aut loquimur, quæ
per humilem corporis inclina-
tionem, pro loco & tempore,
vel alias per humilem obsequē-
di modum ostenditur. Super- 3. de
bus autem (ut ait Prosper) non vita. 5.
observat in obsequiis reverentiā. tēp: 8.
Stolidis quibusdam decretum
est nulli deferre, discretionem
personarum & graduum non
curare; curantibus nunc adu-
lationis, nunc acceptationis per-
sona-

sonarum crimen impingere, &
admodum confusione amici,
ut superioribus de superbia ca-
veant, sibi non carent. Fœdū
enīm irreverentiæ vitium pro
religione ostendunt. Humili-
tatem majoribus exhibendam,
Evangelij sanctio & professio
nostra commendat: nusquam
tamen (ut credo) superbiam
aliis, seu temerariam paritatis
usurpationem indulget. Senio-
rum est utiq; ut humili senti-
tant, venerationem non appe-
tant, humiles se aliis ac sociales
Ecclesiast. exhibeant. Sapientis est con-
20. filium; Quanto magnus es, hu-
I. Luc: milia te in cœribus. Sapientiæ
22. 26. verò præceptum. Qui major est
I. Petr: et sicut, fiat sicut junior. Et Pe-
5. 6. tritus cum dixisset: Adolescentes
subditi estote senioribus; pro u-
trisque intulit. Omnes invicem
bumi-

Joā: 20.

3.

Ecclesiast.

20.

I. Luc:

22. 26.

I. Petr:

5. 6.

humilitatem insinuate. Cæterū Bern. 2.
cùm omni indifferenter personæ, de cōsi-
humilitas sit quædā turris forti- derat.
tudinis à facie inimici: nescio quo paulo
paetotamen vis eus major est in Ps. 60.
majoribus, & clarioribus clarior post
comprobatur.

8. Porrò non solum respectu Irrever-
personarum, ut dictum est, ve- rentia
rumetiam respectu loci, ut est cra lo-
Ecclesia, maximè circa altare,
irreverentia est vitanda. Circa
altare, ut cùm ad ipsum acce- ca.
ditur, maturior & humilior ge-
stus accendentis, & maximè mi-
nistrantis devotionem ostendat:
nec aliquis cum impetu
vel in honeste accedat. In Ec-
clesia verò cavendum, ne (quā-
vis extra canonici tēpus offi-
cii,) loquendo vel ridendo, vel
aliquo quovis modo minus ho-
nestè aliquid fiat. In aulam re-
giam

Hō: 15. giam ingressurus (ait S. Chryso-
in Ep: ad stomus) oculis, incessu, & habi-
Heb: in tu te componis: & in Ecclesiam
mor: ingressuro, quæ est verè aula re-
gia, rides?

Irrever-
rentia
in fe-
stos di-
es.

Instit:
mō: ad
novit:
cap: 4.

9. Est etiam sacro tempori,
hoc est, Dominicis diebus &
solemnioribus deferendū: ut
in eis à communi operum oc-
cupatione cessetur, & divinis
officiis attentiū insistatur. Nā
ut ait Hugo: Festi dies aliud stu-
diū, & aliū conversandi modum
exigunt, atq; aliū hī, in quibus
licet operari, exposcunt. In illis,
inquit, nos oportet ad celebrādā
mysteria divina devotius intē-
dere, atq; in orationib; diutiū
perseverare, omnem deniq; actū,
& omnem motum cordis pari-
ter & corporis, divino ministe-
rio mancipare, atq;, ut ita di-
cam, quadam conversationis no-
vita.

vitate, festos dies honorare. In ceteris verò diebus, in quib⁹ operari licet, nullus omnino otios⁹ apparere debet. De irreverentia in divinis officiis & rebus ad ea spectantibus evitanda infra per reverentię positionem agetur.

De Disciplina in generali

C A P U T VII.

I. **D**icto de præparatoriis ad disciplinam, & aliquib⁹ ejus effectibus incidenter, sequitur ut de ipsa pleniū exprimamus; quæ vetustate deposita, animoqué contra hostis insidias stabilito, super radicē humilitatis consurgit. Primo, in generali quid sit, quæ ejus utilitas, qualiter ad ejus perveniat notitiam, & de ipsius custodia: deinde in speciali dicimus.

Disci- mus. Disciplina est. *Cum ait Hu-*
plina *go) conversatio bona & honesta,*
quid *Insti: nisi parum est mala non agere, sed*
mō: ad *mō: ad studet etiam in his quae bene agit,*
novit. *cap. 10. per cūcta irreprehensibilis appa-*
rere. Item, disciplina est omniū
membrorū motus ordinatus, &
dispositio decēs in omni habitu &
actione. Audistis. inquit, disci-
plina quid sit, nunc attendite quā
Quæ e- utilis & necessaria sit. Disciplina
jus uti-
litas. est malorū desideriorum carcer,
frēnum lasciviae, elationis jugū;
que domat intemperantiā, leviti-
tatē ligat, & inordinatos motus
mentis suffocat. Sicut enī de in-
cōstātia mētis nascitur inordina-
ta motio corporis: ita quoq; dū
corpus per disciplinā stringitur,
animus ad cōstantiam solidatur,
& paulatim intrinsecis mens ad
quietem componitur, cum per di-
sciplinā custodiā, mali motus fo-
ras

Ad Novitios Pars I.

61

ras fluere non sinuntur. Sed qui Greg:
statum mentis perdit, sub sequē curæ
ter foris in incōstantiā motionis past: p.
defluit: atq; in exteriori mobili. 3. c. 1.:
tate indicat, quōd nulla interius admon
radice subsistat. Unde per Salo- Prov:c.
monē dicitur. Homo apostata 12.
vir inutilis, graditur ore per-
verso, annuit oculis, terit pede,
digito loquitur.

2. Sciētiā quæ ad institutionē re- Hugo
ctē & honestē vivēdi pertinet, ubi
multis modis hominē colligere & sup:c.
cōparare sibi oportet; parti ratio- 1. Quo-
ne, parti doctrina, parti exēplo, mode
parti meditatione sāctarū scri- disci-
pturarū, parti assidua inspectione plina
operū & morum suorū. Hoc no- cōpare-
vissimū maximē fortassis præcæ- tur.
teris necessariū: ut sic scilicet ho- Hugo
mo in omnibus operibus suis sit ubi sup:
circumspectus & providus; & cōfervāda
quotidiana discussione cogitatio- c. 9. Re-
D nes colle-
ctio se-
dulo
quoti-
die.

D

nes

nes locutiones pariter & facta
sua, apud se met ipsū examinet.
Sapiētes quippe sēper agēdo di-
scunt, & exercitiū bonorum o-
perū, quotidianis profectibus in
majorem virtutis agnitionē ex-
crescent. Per experientiā namq;
eorū quæ faciunt, ad ea quæ po-
stea agenda fuerint, cautiōres fu-
nt.

Servā-
da stu-
diolo
ubi ne-
glecta
scādalū
gene.
rat.

3. Et quāvis in nullo loco disci-
plinam suam homo deserere de-
beat; diligentius tamen & magis
solicitē ibi est servāda, ubi negle-
cit scandalū. Et a generat scandalū, vel custo-
dit a bone imitationis exemplū.
Hugo à Flinc discernendū erit, quæ sint
S. Viāt. illa, quæ in disciplina custodiēta
r. 2. in-
st. mō: nunquā intermitti; & quæ rur-
ad nov: sū illa sint, quæ pro loco & tē-
c. 3. pore, nūc intermitti, nūc exer-
ceri volent. Sæpe tamen etiam
illa, quæ in publico necessaria sūt,
prius

*prius in secreto exercitationis u-
ſū exposcūt: quia si prorsus ea in
occulto negligim⁹, uti postmodū
eis dū opus est, in publico nō va-
lemus; & tūc aut̄ prorsus à di-
sciplina deficiētes, intuentibus
scandalū facimus, aut ineptè id,
quod in nobis non est, simulare
conātes, irrisiōnem excitamus.*

De disciplina in speciali

C A P U T VIII.

JAM de disciplina in speciali Parti-
tio.
inter fratres & extraneos ser-
vanda videndū. Inter fratres,
primò de disciplina circa spiri-
tualia quædam, deinde circa
corporalia. Circa spiritualia
verò, primo quantum ad amo-
tionem mali, & quantum ad
positionem boni, quo ad amo-
tionem mali erit primo de di-
sciplina circa confessionē pri-

vatam; deinde circa publicam
attendendum. Et cùm discipli-
na per Hugonem (ut dictum
est) bona & honesta conversa-
præce. tio describatur: in dicēdis de
ea ad bonitatē simul & hone-
statem cōsiderationis est ocu-
lus dirigendus.

*De disciplina circa Confessio-
nem privatam*

C A P U T IX.

1. **D**E quotidianis offendis, si-
ne quibus hæc vita non
ducitur, facienda est confessio:
de privatis privata; de publi-
cis publica, & nihilomin⁹ quā-
doqué privata. Attendendum
est de confessione privata, qui-
bus, quoties, quando, & ubi
fieri debeat, & quæ sit circa
eam novis fratribus disciplina
servanda. Debent superiori,
vel,

Cui &
quoties
sit cōfi-
tendum
novi-
tio.

vel, si ipse ordinaverit, instru-
ctori suo, & non alii, nisi ejus
in absentia ei tantum, quem
superior vel instructor, de su-
periorum assensu, eis duxerit
assignandum, tribus vicibus in
qualibet hebdomada vel plu-
ries, secundum quod necesse
habuerint, indicto sibi tempo-
re & loco, pro Sacramenti re-
verentia, cum diligentia con-
fiteri. Nunquam eis placeat
vicaria confessoris mutatio, ut
nunc uniconteantur, nūc al-
teri quin potius, si quando id
cogat necessitas, notabilia de-
inde ad principalem referant
confessorem, causa tamen de-
votionis, eadem pluribus pos-
sunt confiteri aliter non est cō-
scientiæ ordinatæ seu puræ, va-
rios querere confessores. Fit
tamen salubriter, ut cui de pec-

catis præteritis semel generali-
ter quis est confessus, de quo-
tidianis etiam confiteantur ei-
dem, vel novo si hæserit, cura-
tori, suorum denuo vulnerum,
perfectè aperiat corruptelam.

Cōfessio fit discreta. 2. Disciplinam circa confes-
sionem disfetio, puritas & re-
verentia probant. Habeant di-
scretionis cautelam, ut ante-
quam ad confessionem acce-
dant, diligent super confiten-
dis consideratione præhabita,
offensas priùs suas speciales,
deinde alias, seriatim & brevi-
ter sine culparum & verborum
replicatione inutili, prosequē-
tes, confessionem suam sub
prima & ultinā culpæ nomina-
tione concludant, aliqua ta-
men devotioni interdum, vel
conscientiæ replicatio indul-
getur.

3. Sit

3. Sit & pura confessio; ut Ea pu-
confiteatur simpliciter & de-
votè, sine excusatione, sine ac-
cusatione vel nominatione al-
terius, de quibus habuerit cō-
scientiam remordentem, nec
specialia passim sub generalita-
te pertransēant. Tentationes
suas, & cogitationes malas nul-
la ratione occultent: non cō- Eccl.
temnant modica, ne paulatim ^{19.} I.
desfluant ad majora. In domo
namqué, quam subintrans ra-
dius solis illuminat, quantum-
cunque fuerit præmundata, a-
tomī nihilominus diligentius
intuenti apparent: sic & cor
radiis gratiæ illustratum, etiā
minima videt, ac vitiorum la-
queos subtili examinatione di-
scernit. Quanto quis fuerit
mente purgatior, tanto se for-
didorem videbit, & majores

Simile
elegas.

S. Bon: Spec: Discip:
 causas humilitatis inveniet.
 Deponēdæ tamē sunt scrupulo-
 sitates quædā superfluæ, quæ
 conscientiā in erroris confu-
 sionem inducunt.

Cū re-
 veren-
 tia.

4. Reverentiam non solūm
 interiorem, verum etiam exte-
 riorem decet confitentem ha-
 bere: ut suo deferens cōfessio-
 ri, se illi sive in elatione capi-
 tis, sive in alia corporis dispo-
 sitione, si commodè vitare po-
 terit, non coquat, sed flexis
 genibus, dum confitetur, nuda-
 to ac demissō capite, sit humili-
 liter coram eo.

*De disciplina circa confessio-
 nem publicam.*

C A P U T X.

1. **O**ffensæ publicæ, publi-
 cam (ut dictum est) con-
 fessionem requirunt, circa quā
 atten-

attendendum est, ubi, de quibus, & qualiter fieri debeat.

Confessionem hujusmodi facere debent, aut corā superiore in Capitulo professorum, si a- desse liceat & sit moris, aut co- ram instructore suo, quando tenet eis capitulum separatim; aut alibi privatē coram aliquo vel aliquibus, si privatē offendent coram eis. Ante omnia si percepérint se factō vel verbo aliquem vel leviter offendisse, ante comedionem vel dormitionem, eum humili stu- dient satisfactione placare, & in petitione veniæ prævenire; ne aliis præveniēs de manibus eorum humilitatis mercedem subripiat.

2. In Capitulo Professorum statim post Pretiosa, recom- mendationibus factis, se de ma-

Ubi fa-
ciēda
cōfessio
publi-
ca, &
de qui-
bus.

Offen-
sus cito
humili
satisfac-
tione
placan-
dus.

In Ca-
pitulo
de ma-
nifesta-
tionib⁹

nifestioribus & majoribus offensis accusent: deinde ipsum Capitulum insimul exituri, & ad locum sibi determinatum, ad quem non sit fæcularium accessus, ituri. Mos tamen jam apud multos providè abnuit, fratres novos in Capitulo satisfacere professorum: sed pro eorum offensis suis ibidem proclamatur seu præmonetur instructor.

Instru-
ctor no-
vitios
spe
covo-
cans
quo
modo
institu-
et.
3. In secundo Capitulo, vide-
licet Instructoris (quod debet
eis tenere duabus vicibus, vel
pluries, si superiori videbitur
in qualibet septimana) super
prædictis satisfaciant, si in pri-
mo Capitulo non fuerit satisfa-
ctū, alioquin super notabilibus
& apertis (juxta ejusdem in-
structoris monitiones) offen-
sis & negligentiis se accusent;
qui

qui super his, de quibus sibi ex-
pedire videbitur, eos charita-
tivè corripiens, prout cujusq;
moribus videbitur expedire,
salutaribus debet instruere do-
cumentis; cōsiderans diligen-
ter, utrum Deum quærant ex
animo; si sint ad orationem vi-
giles, & ad divinum officium
soliciti, si ad injūcta faciles &
devoti, si ad correctionem &
opprobria patientes: ut sic de
moribus eorum & proposito,
habeatur plenior certitudo.
Matrem se illis in lenitatis dul-
cedine, patrem in correctionis
censura exhibeat. Sit severior
judicio, quām sermone. *Qui dul-*
cis est eloquio, majora reperiet.
Nec oportet quòd eis pœnitен-
tiam coram toto conventu pu-
blicē faciendam, sine consensu
superioris imponat.

Prov.
16. 33

Cautē.

Et hu-
mili-
ter.*S. Bon: Spec: Discip:*

4. Postremo, ut disciplinato & debito modo fiat hujusmodi confessio, debet circa eam honestatem, cautelā & humilitatem servare. Honestatem, ut culpæ narrationē nudo capite, & non ridendo, non circumspiciendo, aut cum manu aliquid faciendo; sed junctis manibus potius, vel aliter honeste depositis, exequantur. De cautela dictum est in capitulo præcedenti, quam in hoc præcipue habeant; ut se paucis verbis expediant; & in culpa sua nullū alium quam seipso involvant: quod & cautelam, & puritatē concernit. Humilitatem habere debent ingestu corporis, & in verbis. In gestu quidem, ut ad terram, juxta fratrum consuetudinem, se prosternant humiliter. In verbis autem, ut ver-

verba subjectionis & poenitentia^x, nullam sint omnino notā superbiæ vel impatientiæ continentia.

5. Quādō in Capitulo vel ex- ^{A quo}
tra nimis austere, vel nimis ju- ^{animo}
ste suo judicio, super aliquo ar- ^{ferēda}
guuntur, nō turbentur animo: ^{corre-}
sed potius pro fratribus diligē- ^{ptio.}
tia circa ipsos, qui quos amat,
arguant & castigant; & exer-
citio virtutis oblato, in Domi-
no gaudeant & exultent, ad
verba & verbera propter Chri-
stum gratanter & humiliter pa-
rati sustinenda.

6. Et licet fratres professi ali-
quando propter infirmos, pro-
vidè duxerint abstinentium, ne
pro qualibet offensa reprehendant eos indifferenter, aut ni-
mis superbè, quamvis piè, ut
si quid in eis reprehensibile vi-
derint

Repre-
hendi-
deside-
rēt no-
vitii ab
ōnib⁹.
Lib: de feſtent. *Qui non vult corr̄pi,*
virt⁹: 4. *nō vult corr̄gi, ait quidam.* Ad-
cap: cō-
tinē: a.
pud Se-
ro. *moneberis (inquit) libenter, re-*

probenderis patienter. Probata
ſquidem patientiæ virtus, red-
deteos Deo & fratribus gratio-
ſos. Culpam ſuam nullo mo-
do defendant, nimirum (ut

4. Mar- ait Beat⁹ Gregorius) que de-
ci, cap: fendiſtur culpa, geminatur. Sed

24: ſi ſentiunt ſe immunes, ſatisfac-
tione ſemper quantumcunq;
fuerint innocentes, humiliter
præoblata, poſſunt innocentia
ſuam, cum reverentia tamen,
corripieniſti oſtendere, ſi requi-
ſiti fuerint aut permitti, unde
Sanct⁹ Franciſcus: *Beatus fer-*

vus, qui nou eſt velox ad excusa-
dum;

dū; & humiliter sustinet vere- S. Frāc.
cundiam & reprehensionem de in ad-
peccato, ubi non commisit culpā. moni-
tionib.

*De disciplina quo ad positiō-
nem boni*

C A P U T XI.

COncurrit jam de disciplina
quo ad positionem boni
aliquid tangere. Et primò de disciplina circa informationē 2.
cordis; ad quam est lectio illu- Petitio
minans intellectum, & oratio
accendens affectum. Secundò,
circa exercitationem oris; ad
quam divinum spectat officiū.
Tertiò, circa exercitationem
operis; ad quam spectat altaris
ministerium.

*De disciplina circa cordis infor-
mationem, & primò de ora-
tione*

CA-

*S. Bon. Spec. Discip:
C A P U T XII.*

Orati-
oni in-
stādū in
omni-
loco.

I. Instent orationi ferventer,
non solum in oratorio, ve-
rumentiam ubicumque fuerint,
cūm ipsi sint templum Dei: aut
certe in lectis occulte, ac sine
perceptibili sibilo: quippe tan-
to securior, quanto secretior e-
xistit oratio. Et quasi Capitulū
sibimetipsis tenentes, in quo
proficiant vel deficiant, quoti-
diana secū discussione perqui-
rāt, de vocatione sua, & īnume-
ris beneficiis Salvatoris, gra-
tias ei debitas, tota mentis de-
votione solventes, quod incho-
averunt bonum, ab eo perfici
instantissima oratione depo-
scant. Nec solum pro se, ve-
rumentiam pro aliis tam vivis,
quam mortuis orent: & quasi
quoddam memento sibi consti-
tuant. Poterit oratus primò
de

de laude Dei incipere, hinc im- Orandi
pensa sibi beneficia memorare: modus.
deinde necessitates, quas pati- ta orā-
tur, & defectus exponere; po- dū do-
stremō humiliter postulare. Or- cōstit:
do tamen & modus, quem Spi- monast.
ritus Sanctus suggerit, est ser- Cap: 2.
vandus in oratione, & qui asse-
tui magis sapit.

2. Ad orandi studiū medita- Medi-
tatio provocat & informat. Hu- neces-
go dicit: *Sic orationi sancta me- faria*
ditatio necessaria est, ut omnino oratio-
perfecta esse oratio nequeat, si eā situt. In-
meditatio nō comitetur aut p̄- monast.
cedat. Nam ē hi, qui mala sua de mo-
considerare negligunt, aut nihil di cap:
petendo facile per ignorantiam 1.
falluntur, aut certē minus quam
oportet digne petēdo, per desidiam
repeſcūt. Quanto homo magis
mala sua intelligit, tanto amplius
suspīrat & gemit. Primum ergo
necessitatem

S. Bon: Spec: Discip:
necessæ est, ut si prudenter &uti-
liter Deum orare volumus, ani-
mum nostrū jugi meditatione e-
xerceamus, & in consideratione
miseriæ nostræ discam⁹; quid no-
bis necessæ sit petere, & incōside-
ratione misericordiæ Dei nostri,
quo desiderio debeam⁹ postulare.
Istis duabus alis scilicet misera
hominis & misericordia Dei Re-
demptoris, oratio sublevatur.

*Oratio
devota
sit.*

3. Sic autem semper devota,
quæ oportunitate juvetur, fre-
quentia soveatur. Devotionem
intentio, diligentia, puritas &
affection probant. Tota men-
tis intentio, à curis exteriori-
bus revocata, orationis vigilā-
tia est applicanda: ne aliquid
aliud præter id solū, quod pre-
catur, animus cogitet. Unde
Isidorus: Non est labiorum, sed
cordis oratio. Dum orant, sic
femet-

femetipos considerent, tan- De sū-
quam præsentatos Domino mo ba-
majestatis. Negligentes autem no l. 3.
orationes, nec ab ipso homine im- c. 7. sēt.
petrare valent, quod volūt. Et 4. ind:
non in multiloquio, sed in pu- senten:
ritate cordis & compunctione
lachrymarum, nos exaudiri
sciamus. Et ideo brevis debet
esse & pura oratio, nisi forte ex
affectu inspirationis divinæ
gratiæ pretendatur. Quanto
verò timore, fervore, & reve- Isidor:
rentia sit Domino supplican- de sūm:
dum, insinuavit, qui docuit nū- bono l.
quam sine gemitu esse oran- 3. c. 7.
dum. sent: 5.
Orati-
onē de-
seruit
loc⁹ se-
creti-
or.

4. Oportunitas loci & tempo-
ris, quietis, motuum internorum,
dispositæ affectionis &
otii ad orandum non transeat
otiosa. Qui oportunitatem de-
serit, oportunitas eum fugit.

Isido-

80

S. Bon: Spec: Discip:

Isidor. Isidorus; Oratio privatis locis
ubi sup: sc̄: oportuniūs funditur, cūm Deo tā.

37. tum teste de promit. Proderit
ergo aliquando ad obtinendā
compunctionem, si ita semoti
fuerint, ut puras manus ad cœ-
lum levando, etiam suam inter-
dum audiant vocem. Nonnū-
quam etiam ad sublevandam
intentionem, in cœlum suspi-
ciant: ut corpus pariter & ani-
mus tendatur ad Dominum; &
ibi sit, cor ubi est thesauro suus
Dominus JESUS Christus.

Mat: 6.
II.

zentata. Sic mentis tranquillitas, & quædam spontanea quædoquæ animi promptitudo, imò inspiratio quæ se offert, otiiq; libertas non innoxie negliguntur: quæ etiam sodesierint, labore sunt quodam ac studio comparanda, psalmorum, hymnorum, sanctarum meditationum, & genusflexionis instanta, devotionis est spiritus exercitandus. Otium si desit, sicut ad cibum corporis, ita quoq; ad refectionem animæ est vendicandum. Sicut enim carnis libis cibis alitur homo exterior, sic devotis orationibus homo interior pascitur & nutritur. Porrò devotus quisq; vix oportunitate fraudatur? Deū enim quem ex animo querit, ubiq; invocans invenit. Ignatus autem & tepidus, nec in ipso

Oratio
pastus
animi.

pso valetoratorio, orandi asse-
 Luc: 7. tūm invenire. Plorat in con-
 38. vivio Magdalena, nec etiam
 pr̄sentia eam impedit convi-
 Luc: 18 varum: in ipso autem templo
 desipit ipse Phariseus.

Frequē-
 ter orā. quia oratio est hostis flagellum,
 dū. Isid: peccatoris subſedium, proximi
 i. 3. de famino solatum, Dei Sacrificium. Fre-
 bono. c. quens oratio, vitiorū impugna-
 7. sc̄t: I. tionem extinguit. In oratione
 datur voluntas bona. Oratio
 frequentata est mutatio animæ.
 Quamobrem post horas cano-
 nicas, antequam oratoriū exe-
 ant, aliquid laudis vel oratio-
 nis gratuitum Deo munuscu-
 lum offerant, quem frequenter
 per negligentiam in officii de-
 biti exhibitione offenderunt.
 Assuecant huic consuetudini
 sanctæ frequenter insistere &
 constan-

constanter, motusqué animi
refugos discant Deo vel paulu-
lum applicare.

De Lectione

C A P U T XIII.

1. **L**ectionibus quoqué divi-
nis est anima nutrienda:
ideirco illis (qui primò circa Lectio
divinum officium addiscendū facra
prout infrā dicetur, extiterint ad pie-
tatēm.
diligenter per instructionem
imbuendi) scriptura est aliqua
ex sacra pagina, ad morum in-
formationem conveniens pro-
videnda, potiùs spiritualis con-
solationis habendæ, quām stu-
dii gratia. Novorum studium
fratrum, in orationis instatia,
in divini exercitio officii, & fra-
trum obsequiis maximè debet
esse.

2. In

2. In lectione itaq;, si qua si-
bi permitti contigerit, non ma-
gis querant scientiam quam sa-
porem. Hauriendus est s̄pē
de lectionis serie affectus, & for-
manda inde oratio, quæ lectio-
nem nonnunquam interrum-
pat: hoc enim modo divina lec-
tio lecta confert intelligentiā
salutarem. Et scientia quæ pro
virtute despicitur, per virtutē
postmodum melius invenitur.
Certis autem horis, certæ lec-
tioni vacandum est. Fortuita
lectio & quasi casu reperta nō
ædificat, sed reddit instabile
animam. Certis est ingenii
immorandum, & assuetudin-
dus est animus. Fastidientis est
stomachi multa degustare. De
quotidiana lectione, aliquid
quotidie in ventrem memoriaz
dimitendum est, quod fidelius
dige-

Dilec-
tione
est ora-
tio for-
manda.

digeratur, & sursum revocatū
crebriūs ruminetur; quod pro-
posito conveniat, quod inten-
tioni proficiat, quod detineat
animum, ut aliena cōgitare
non libeat.

De divino officio in generali

C A P U T XIII.

1. **R**estat dē officio, prout
est in addiscendo, deinde
prout est in exequendo videre.
Addiscendum est divinum of-
ficiūm, maximē in principio
diligenter. Et licet de totali *Quæ sit
memoriter
discenda.*
officio & ordinis ejus usu seu
forma, notitia n̄ habere opor-
teat; sunt tamen quædam com-
munia, scilicet officium Beatæ
Mariæ Virginis, & mortuorum;
cōmune de Sanctis, cū Psalmis,
Hymnis, & cæteris omnibus
ad illud spectantibus, lectio-

E nibus

nibus tantum exceptis; Prima, Completorium, & Pretiosa, capitula & preces, suffragia horarum ferialium: absolutiones & benedictiones, quæ in Matutinis dicuntur; hymni feriæ, laudumque psalmi, & cantica; benedictio quoq; mensæ cum gratiis; nec non & psalmi Primæ dominicalis, omnes etiam psalmi à cœlestimo nono usq; ad ultimum, nisi totū, quod magis expedit, discatur psalteriū, sunt corde tenus addiscenda; & menti per exercitium artius imprimenda.

*Prævidendum
oficiū
divinū.* 2. In Sabbatis quoq; & præcipuarum solennitatū vigiliis, prævidendum est divinum officium tam in littera, quam in nota. Quoties autem extra chorum cantatur, propter honestatem, & ne orantibus vel stuenti-

dentibus fratribus impedimentum præstetur, vocem in cantu deprimi decet. Et post refectionem, præcipue in verbis modestia congruit observare.

Ante sumptum cibum (ut inquit Hugo) magis hilares esse convenienter, ne ipsa nostra abstinentia graviter molesta videatur: post verò magis modestos & tacitos; ne per gulæ vitium, crapulanos inflasse videatur.

Instit: mē: ad novit:

cap: 4.

De disciplina officii in choro

CAPUT XV.

1. **A**D disciplinam in divino officio, cùm in Ecclesia dicitur, observandam, reverentia specialis, diligentia quoq; & honestas præcipue requiruntur, reverentia tam interior quam exterior est habenda. Interior; ut cum timore & humi-

Reverentia interior in div: off: litate, tanquam Deo visibiliter præsente psallamus. De hoc ait Beatus Benedictus: Ubique (inquit) credimus Divinā esse

Reg: 1. præsentiam: maximè hoc sine dubitatione aliquacredim⁹, cùm ad divinū opus assistimus. Ideo semper memores sumus, quod ait Prophetæ, Servite Domino in timore. Cōsiderem⁹, qualiter oporteat nos in cōspectu divinitatis & Angelorum Iesu assistere: & sic stem⁹ ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostræ.

Reverentia exterior in hoc attenditur, ut deyotè inclinetur, & quando standum fuerit, stetur: siar etiam prostratio, quando fuerit facienda, de quorum disciplina infra tangatur. Est & reverentiæ, ut in officio ad ea, quæ more agente singulariter unus dicit, puta colle-

collectas, versiculos, & alia
quoqué hujusmodi, caput nu-
det, nempe quæ ab uno dum-
taxat in Ecclesia de more di-
cuntur, nudato capite etiam
debent dici extra chorūm. O-
randum est secundum Aposto-
lū, *capite non velato,* saltem
ubialiquid solenni distin^{tione}
profertur, nudi quoqué rever-
tentia capitis vel verticis, de-
vota quædam in officio venera-
mur. Verūm irreverens quisq;
nec solennia nec alia devota
discernit.

*1. Cor.
11.4.7.*

3. Diligentiam in officio pro-
bat strenuitas quædam, pru-
densquæ solicitude, habens cir-
ca necessaria providentiam, &
cōtra impedimenta cautelam.
Strenuitas corporis, inertiam
fugat torporis, nec dormita-
tiones, quas pigritia nutrit, pa-

Diligē-
tia in

officio

divino.

S. Bon: Spec: Discip:

titur; quippe *Intenta supplicatio, dormire cor mundum vetat.*
 Dormitatio in officio tunc maximè imputatur, & omissi dicuntur restituzione officii redimenda, quando manum in sinu tenendo, vel segniter appodiando, ei occasionem quis præstat, aut surrepentem viriliter non repellit.

Provi- 4. Providētia respectu rerum
dentia providendarum & dicendarū
attenditur: ut videlicet libri
& alia necessaria ad officium,
præparentur tempore opportuno;
legenda quoqué & cantan-
da studiosè ante prævisa, quā-
do & quomodo sint dicenda,
dicantur. Debitus legendi &
cantandi modus est, ut nec ni-
mium festinetur, nec nimia
fiat, aut inæqualis protractio:
sed cū pausantibus statim pau-
setur,

setur, ut vox unius vix inter
alios discerni possit.

5. Cautela denique est necessaria: ut eorum quæ Divinum
impediunt officium, occasio-
nes vitentur. Ea propter dum
officium quis dicit, non debet
studere, aut per libros respice-
re; aut alicui, si vitari possit,
occupationi vacare; sive in
lampadibus præparandis, sive
in quibusdam aliis, quæ usq;
post officium commodè differ-
ri possunt. Indignum quoqué
in divino officio, venandis ver-
miculis & maestandis intēdere,
quibus palam in oratorio digi-
tos aut ligna fœdare frōs in-
recunda non metuit.

*Et cau-
tela.*

6. Honestas in choro, in exte-
riorum actuum gravitate, in ^{Hone-}
corporis decenti & uniformi ^{itas in}
dispositione accipi potest. Sa-
^{officio}
^{divino.}

92

S. Bon. Spec. Discip:

Pf: 23. nē in populo gravilaudatur Deus.
28. Gravitas autē inquietudinē, dissolutionem & tumultum excludit. Inquietudo in motu membrorum consistit, sive capitis in circumagendo, sive oculorum in circumspiciendo per chorūm, vel alibi, ubi potius ad librum pro psalmis, vel aliis veraciter decantandis, vel ad terram pro vagis arcendis respectibus, mentis non mediocriter vagationem causantibus, urgendi sunt; sive manuum infricando, vel volvendo curiosè librorum folia; vel aliud superflue faciendo, sive pedum in discurrendo, ut si quis oratorium frequenter exeat, aut per chorūm frivolis occasionibus inventis discurrat. Tunc enim etiam utilia sunt aliquoties differenda, propter virationem discursus.

7. Disso-

rioris stalli spatium occupādo,
& tergum ad retrò stantem so-
cium protendendo, aut dum
sedent, pedes suos usqué ad
scabellum formæ contiguum,
licentius extendendo. Nota-
bilis tibiarum extensio vel di-
latatio, dum sedetur, minus
honesta est. Indecens ergo quæ
vaga & turpis est dispositio-
nē utrobique deformitas, sed
maximè in officio, conventu
assistente vitanda. Honestos
enim per omnia exigit mores,
conventualis honestas.

11. Uniformitas est in prostrati- Unifor-
one & inclinatione specialiter mitas
(quanquā in aliis generaliter) in cho-
observanda. In prostratione, prostra- ro in
ut nō alius subtus formā chori,
& aliis supersedile; sed omnes
supradictam formam se pro-
sternant, & operto capite
silen-

silenter orent, ne impediane
 circumstantes, manu ad genas
 accubitando nunquam applicata,
 aut brachiis extra eandē
 formam extentis, sed super i-
 stam honestē & humiliter di-
 spositis. In inclinatione; ut u-
 niformiter apud omnes sit, tē-
 pestiva, devota, sufficiens, &
 honesta. Tempestiva quidem,
 ut inclinaturus surgendo, & e-
 levando sedile, tēpus vel pau-
 lulum inclinationis præveniat,
 ut verbi causa, quando post
 psalmum fuerit inclinandū, ul-
 tin i versus fine jam accedēte,
 surgatur, quatenus deinde libe-
 rē inclinetur, vel certē inclina-
 tionē sedis aptatio subsequatur.

*Devo-
ta.*

12. In inclinatione verò debet
 devotio apparere, ut fiat humi-
 liter & profunde. Non est de-
 voti sed pigri, rigido stante cor-
 pore,

pore tenui motu capitis inclinare: est enim corpus, depressis aliquantulum renibus, ne capiti coæquetur adeò demittendum, ut ipsum ferè super genua brachiis interpositis reclinetur. Alioquin inclina, si nosti facilius, humiliter tamē & profundè. Extra chorum tamen, & aliquando fortè in choro, in officio plane & sine cantu dicto, minor sufficere videtur inclinationis profunditas. Sunt qui culpabili admodum remissione traducti, hunc reverentiæ cultum Domino subtrahentes, evacuant: dum aut resident prorsus usq; post factam memoriam Trinitatis; aut tunc etiam furgunt, & sedili elevando intendunt, quando fuerat inclinandum: aut ex negligentiæ vitio non inclināt.

Quan-

Quanti autem sit hæc noxa detrimenti, Beata Dei-Genitrix seniori cuidam in choro psallentium fratrū indicasse refertur: quæ inclinantibus ad Sanctæ memoriam Trinitatis, suum ipsa filium singulis offerebat, quandam verò minimè inclinatæ, verso ab eo vultu, velut hac gratia indignum pertransibat.

Sufficiens & honesta. 13. Sufficiens seu etiam perfecta debet esse inclinatio: ut ab ea citius debito non surgatur: honor quidem Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, sine differētia exhibendus est. Honestas quidem in corporis, manuum, & habitūs decenti dispositione consistit. Et quantum ad habitum; ut maximè caputio caveatur, ne operta fronte super oculos defluat cùm inclinatur.

Prode-

7. Dissolutio verò in verbis aut risu, (quibus in choro va- nissimum est dissolvi) & in cantu considerari potest: ut si quis punctos in nota nunc di- minuens, nunc pro suo libitu addens, muliebriter frangat, aut in falsetum extollat; quod est cūctis & maximè novis fra- tribus omnino impertinēs. Nū- quam in choro altius cæteris cantent, sed communem psal- lentium vocem teneant. Ridiculum etiam si altiori cæteris voce quis cantans, post dictio- nem vel syllabam, ab illa vocis altitudine recidens; vel eam per interpolationes resumens, non continuet quod incepit.

8. Tumultus in choro per vo- cis susurrium, per importuni- tatem spuendi seu exscreandi, seu per impetuosam elevatio-

Et tumultus inter orationem.

nem vel depositionem sediliū fieri solet. Quām turpe sit in choro susurrium palam est: nescit tamen indisciplinatus & levis lubricam lingvā à fibilis vel müssitationibus cohibere. Vitanda quoq; est in conven- tu seu congregatiōne, oratio fibilosa: inepta namquē ora- tio, quæ una, plures, & s̄apē deterior impedit meliores. Est etiam cautē vitandum, ne dum singulariter aliqua dieuntur in choro, ut collectæ, capitula, &c. notabilis spuendo vel ex- screando sonitus fiat, usquē dum capitula ipsa, collectæ, vel lectionis period⁹ compleat- tur. Circa hoc etiam dum præ- dicatur aut legitur, similis est opportunitas observanda. Se- dilia verò debent non passim cum pede, sed cum manu ele- vari,

vari, & cautè deponi: ne ali-
quis ex hoc sonitus in domo
Dei audiatur. Congruè tamen
lectionem vel epistolam ince-
pturus expectet, quousq; con-
sedentibus fratribus, sediliū, si
quis fuerit tumultus, quieverit.

9. Ad hæc honesti fratres in Cōposi-
corporis dispositione, decēter
& uniformiter sint in choro:
decenter: quòd sine vaga dis-
positione, vel turpi, vaga; ut
quando chorum ingressi, vel
intrante vel astante conventu,
nunc segniter resident, nunc
stantes quidem, hac & illac
membrorum, ut languentium
incōgrua quadam exagitatio-
ne se gyrant; nunc statuæ in-
star stallo affixi, & è regione
dispositi, velut sui obliti, nec
ad altare demissis, ut decet, lu-
minibus, ante inceptum offi-

cium, oraturi se vertunt, vel
aliàs religiosè disponunt: sed
nudato etiam aliquanto capi-
te, circumquaq;, ut cervus in
saltu, vel ruralis in theatro, gy-
rovagando respectibus, ocul-
os in advenientium vel coa-
stantium vultus infigunt, suo-
qué indisciplinato intuitu col-
lateralium orationem, quam
ipsi negligunt etiam impediunt.

Nec turpis & mollii.
ibi molliter, aut remissè se in
stallis suis brachiis tibiisq; re-
solutis, notabiliter incurvādo;
aut in partem unam penitus ut
possunt protenso, in alteram
corpore accubando, ita ut le-
cti mollitiem querere videan-
tur, aut dum ad altare versi,
super lignum quod stallum di-
vidit, se inclinant, extensione
scapularum, vel capite ante-
rioris

Proderit ad unitatem servandam, de communi officio notitiam habere. Pulchra valde uniformitas in congregacione & conventu fratrum, ubi debet
Et mores Et animi convenire. Unanimes uniformitas in fratrū conventu decet, quæ in moribus plurimum unitiva, uniformes ordinat & decorat.

De disciplina officii extra chorū

C A P U T XVI.

1. **S**I quando extra chorū officium dixerint, diligētiam nihilominus & honestatē prædictam debent, in quibus poterunt, studiosē servare: ut dimissis omnibus quæcumquā in manib[us] fuerint, stantes cū reverentia, juxta traditionem Ecclesiasticæ disciplinæ, præterquā ad lectiones in matutinis,

Standō
orādū
& reve-
renter.

nis, vel quando alias Creatori suo debitum cum devotione laudes exsolvent, flectentes genua vel inclinantes, pro tempore cum timore Dei. Si quando eos ad sedendum debilitas evidens, vel nimia lassitudo compellat; faltem ad inceptionem officii; ad invitatorium, hymnos & orationem Dominicam; & à capitulo in ante surgere nō omittant. Si etiam in lecto ægritudinis decumbant, reverētiā nihilominus aliquam faciant prout possunt. Sanctus

Habetur in vita S. Hieronim⁹ in certo autore describitur. ut scilicet officium monasterii operū prout poterat exhiberet) dum eiusdē. exhaustis viribus senex nec se-nectu-

Etuti parcit, nec debilitati
blanditur, desidem juniorum,
quibus corporis vires utcūq;
sufficiunt, irreverentiam, imò
dignam derisione desidiam, si-
gnis arguit & confundit. Alius
pro lentarum tædio febrium,
completorium in lecto exsol-
vere assuetus, fertur per ange-
lū reprehensus audiisse: *com-
pletorium sub coceo, nec fructus,*
nec utilitas. Sanè in officio Dei,
curanda ubiq; magnopere re-
verentia & honestas: cùm ubi-
qué sit eadem ejus, cui tunc lo-
quimur & astamus deitas &
majestas. Tanto enim amplius
reverentiæ & diligentiarum studiū
divino debetur officio, quanto
id Deo immediatus exhibetur.
*Cura officii diligēs maxima sta-
tus integratas: Neglect⁹ offici⁹,*
maxima vice corruptio, maxi-

ma religionis deformitas. Nemo
Dei se æstimet servū, si Dei po-
tissimā negligat servitutem, quæ
appropriato vocabulo, Dei ser-
vitum nuncupatur.

Distin-
ctè &
conti-
nuè.

2. Debent dicere officium
distinctè, continuè, integrè,
& ordinatè. *Distinctè;* ne
verbum mastieando, vel exi-
liter proferendo, vel nimi-
um festinando, dicenda con-
fundant. *Continuè;* ut interrup-
tiones in eo non fiant interlo-
quendo, nisi urgēte necessita-
te, & hoc quidem psalmo vel
oratione, vel quoçunquē alio,
quod tunc fuerit dicendū, cō-
pletis, nisi psalmus vel oratio,
quem interrumpi oportuit, cō-
tinuò à capite resumatur; aut
inter psalmum & psalmū mo-
ra notabilis fortasse fiat. Pa-
risiis (ut fertur) cùm quidam

Theo-

Theologus unius horæ canonice incepisset officium, superveniēte Episcopo ad loquendum cum eo, caput sine locutione inclinans: Horam inceptam, Episcopo exspectante, finivit; quam deinde dilationem colloquii, ne moleste ferret, admonuit, causam subinferens, quod majori Domino loquebatur. quidā propter interruptiones in officio factas, gravissimo affictus purgatorio memoratur.

3. *Integre* dicant, ut de dicē-
dis nihil omittant. Proinde si
plures fuerint, qui simul officiū
dicant; & unus vel duo juxta
laudabilem consuetudinē psal-
mos, antiphonas, hymnos, &
responsoria voce pronuncient
altiori, non putent sibi suffi-
re quod ab aliis dicitur: sed o-
mnia quæ ad suam pertinent
partem,

partem, ac si essent in choro,
sub silētio integrē dicant: cūm
officium extrā, eandem quām
intra integritatem requirat.

Et Or-
dinatē.}

4. Ordinatē deniq; officium
in substantia, tempore, & mo-
do, & omnibus exsequi stu-
deant: postpositiones, impli-
cationes, variationes facile nō
admittant. Honestē tamen
Prætiosa, vel aliud extraordi-
nariè aliquando dicitur, dum
tamen id ipsum suo tēpore mi-
nimē negligant. Quis autem
sine grandi conscientiæ scrupu-
lo, proprium officii ordinē,
sibiq; religionis sanctione im-
positum, pro alienis quibusli-
bet prætermittat, aut qualibet
variatione deformet? Quis ni-
si vanissimus & imprudens, pro
certis dubia, pro authēticis va-
na, pro necessariis, curiosa in-
ducat?

ducat? Sint igitur Sanctorum Nō va-
officii conditorum devota & riandū
stabili ordinatione contenti: scri-
nihil eorum vel cōmuni ordi- pto.
nis institutioni præponāt, quā-
libet ferium & devotum; nec
desipientium more stultorum,
Græorum glorias emulentur.
*In*sipienti enim nō nisi sua placēt:
ōniis stultitia laborat fastidio sui.

6. Tempus quoquē congruū In tem-
servent, nec facile præter ne- pore o-
cessitatem diurnas horas, sive rādum.
Primam, sive Completorium
saltem Canonicum, sive alias,
in nocturnas convertant. Fue-
runt qui hoc quarundam ob-
tentu traditionum defenderūt,
ordinationem Ecclesiasticam
officii, confusione temporis ir-
ritam facientes. Quando fue-
rint duo vel plures, quasi cho-
rum sibi constituant, & psal-
mos

mos atqué hymnos accipient alternatim, ut est consuetudinis conventui. Congruus ordo est in omnibus, ubiq; providè disciplinato servandus. Ordinatum animum, ordinis decor & condecor & condelectat. Inordinati verò est animi, etiā in exterioribus ordinem non curare: & tamen ordinationis exterioris religio, attentio nem excitat & affectum.

De Altaris ministerio curando

C A P U T XVII.

1. **A**ltaris ministerium ob reverentiam corporalis præsentiaz Salvatoris, munditiaz, reverentiaz, diligentiaz, honestatis, & circumspectionis studium speciale requirit. **Mū:**
damini (ait Propheta) qui fer-
tis vase Domini. Haud dubiū
est, hoc de ministris altaris cō-
venien-

Isa. 58.

2. 18.

Venienter intelligi, quibus spi- Mūdi-
ritualis & corporalis mūditia tia de-
est habenda. Spiritualis; ut nistrū cet mi-
nullus de peccato conscientiā altaris.
habens læsam vel somno pollu-
tus nocturno, ad tangendum
sacra vasa, vel ad ministrandum,
antequam fuerit confessus ac-
cedat. Nec debet celebratu-
rus confessionem privatam,
quæ ante celebrationem de quo-
tidianis offensis fieri consve-
vit, usqué ad altare differre.
Corporalem quoqué mundi-
tiam, requirit corporalis præ-
sentia Salvatoris. Idcirco mi-
nistri altaris, non solùm ante-
quam se ad ministrandum in-
duant, verum etiam postquam
fuerint omnino parati, expedi-
tis cōmunibus, ad calicis mini-
sterium accessuri, suas iterum
lavent manus. Hoc enim sem-

per debent cavere cautissimè,
ne communibus manibus, aut
manicis suis, vel post immedia-
tuin rerum contactum, calicē,
aut qui ad ipsum pertinent pā-
nos, vel corporalia tangant:
sed si lineam tunicam, quam
rochetū vocant, vel super pel-
liceū cum strictis manicis, vel
aptum aliud non habuerint in-
dumentum, calicem præparā-
dum, & in fine Missæ plicadū
sacerdoti relinquant.

Et re-
veren-
tia cir-
ca Sa-
cerdo-
tem.

2. Reverentiam debet mini-
stri altaris tam ad sacerdotem,
quā ad ministeriū, & res etiā de-
propinquo ad ipsū ministeriū
pertinetes habere. Circa sacer-
dotē, ut quādo secū altari assi-
stūt per aliquātulā capitis in-
clinationē, & sui elongationē
ab eo, ac per humilem debiti
exhibitionem officii, reveren-
tiæ

tiꝝ signum ostendant. Si vero
federit, & ipsi tantum in super-
pelliceis fuerint, nequaquam ju-
xta ipsū in sedilibus, videlicet
coequalibus sedi ejus, sed ad
scabellum ejus potius, si aptus
fuerit locus, vel alibi sedeant.
Venerentur eum decoro ut cō-
venit comitatu, & maximē
quando se vertit ad populum,
ei adsint; quem ubique ut in
officio, sic & eo expleto in ve-
stiarium revertentem deducat,
ut acies ordinata, ad altare, de-
inde si opus fuerit, reversuri.

3. Ministerio reverentiam ex-
hibent, si motu debito & habi- Circa
tu ipsi ministerio convenienti mini-
steriū.
assistant & ministrent: aliter
enim non sine nota irreveren-
tiꝝ ministratur: ut si quis quā-
vis Diaconus, vel Sacerdos in
superpelliceo ad Missam mini-

strans, corporalia super altare,
præsente Sacerdote vestibus sa-
cris induito, replicet, aut cō-
ponat, si quis non habens su-
perpelliceum cum strictis ma-
nicis, vel aliud idoneum indu-
mentum, corporalia & calicē
tractare, aut panem & vinum
in communi habitu ministrare
præsumat, si quis hostiam in
communi eligat loco, vel ele-
ctam reponat, quæ in pixide
manu sua mundissima est po-
tius eligenda, & electa super
patenam ipsam, vel super cor-
poralia decentius reponenda.
Nec audiendi sunt illi, qui ad
mēsam Domini non aliā quām
ad mensam corporis, curant
munditiam, super pannos, qui
libris ad secretarum vel palla-
rum custodiam supponuntur,
calicem passim, vel consecran-
dam

dam hostiam reponentes. Singularēm hostiæ cultum, singularis decet munditia.

4. Ad res quoquæ necessarias, ut sunt corporalia, panni calicis, ipse calix, & missale, est reverentia adhibenda, quam munditiæ studiū maximè probat. Hujus intuitu, pannus omnis suspectus, aut quem color impedit ablui, à corporalibus arectetur & calice. In pixidibus hostiarum, mundissimus sacculus lineus hostias contineat. Similiter & calices mundis sacculis lineis involvātur. Quisquis ergo ad altaris utensilia sacra reverentiam munditiæ curat, circa ipsa operosius studeat. De communib[us] libris, si quos aliquando propter officium inevitabili forte necessitate cogente, poni super

S. Bon: Spec: Discip:

altare contingit, omnino ca-
veant, ne corporalia vel pan-
nos calicis aliquo modo tan-
gant. Cum corporalibus vel
calicis ipsius mappula, nūquā
labia vel oculos tangant, devo-

*Calix
reverē-
ter at-
trectā-
dus.* tationis alicujus obtentu. Calix
cum summa tractetur mundi-
tia, quando de loco ad locum
desertur, non super libram aut
vestimentum, sed altè in manu
mundissima, vel repositorio
portetur: nec extra reposito-
rium ipsum præterquam super
altare, vel in alio loco mūdi-
fimo teneatur. Missale in loco
reponatur honesto: & si non
nunquam illud extra Ecclesiā,
vel alias quām ad missam tene-
ri contingat, panno aliquo mū-
do præter suam camisiam in-
volvatur. Denique reverentiā
in ministerio, habitus decens,

cura

cura munditiæ: & in executio-
ne maturitas attestantur. Re-
verentia simul & cautela mun-
ditiæ, communes corporis ve-
stes prohibent ab altari. Et si
in his pluriū opponas ineptias,
habet æmulos plurimos vitiū,
rarissimos disciplina. Non à
pluribus, sed ab honestoribus for-
ma sumenda est.

5. Ad hoc tam célébrās quam Sacer-
minister, circa officium suum, dotum
magnam debent diligentiam diligē-
tia in adhibere. Sacerdos quidem Missa,
circa provisionem dicendorū
& agendorum in Missa: ne de-
fectum faciat in dicendis, for-
mam seu modū Ordinis in ce-
lebrando postponens, aliam au-
toritate sua introducat. Ob-
lationi calicis aquā ipse infun-
dat, quod à nullo sine ipsius
jussione est præsumendum. De-

bet etiam circa custodiam mū-
ditiæ manuum & pannorum
esse intentus, manuum; ut eas
ad tangendum communia, vel
carnem nudam, sive in facie,
sive alibi non apponat, nisi eas
continuò lavaturus, pannorū
ut nunquam ad indumenta sa-
cerdotalia, maximè ad insulam
tisquod nares emungat, vel aliter ea
nobis quoquo modo deturpet.
dicitur amict⁹. 6. Ministris vero diligentia de-
bet esse circa ea, quæ necessaria
sunt celebranti, & circa mun-
ditiæ custodiam, ac conserva-
tionis vasorum & pannorum
pertinentium ad altare. Mi-
nistrorum est, ut præinduti ce-
lebraturum cum diligētia præ-
parent, ejusqué indumenta post
officium plicant: & quæ ipsi
sacrum ministerium exequenti
opportuna fuerint, hora, tem-
pore

pore & loco congruis offerat.
Nunquam ad Missam privatam
legendi vel orandi gratia, solo
vel sedibus se totaliter proster-
nant, nec latitent post corti-
nas, sed palam coram altari,
non tamen à latere celebratis
assistant, versus eum; circa quē
tunc oculus debet esse, aspectū
quasi continuè directuri; non
tamen in faciem ejus, maximè
post Canonis inceptionem, in-
tendant. Nec ei, præsertim à
parte libri, nimis appropient,
aut circa ipsum aliquē tumul-
tum faciant. *Summa quietis*
tranquillitas est necessaria cele-
branti. Vasa & pannos mundè
tractent apud eos, & teneant.
Si pannus calicis ad terram ce-
ciderit, nullo modo antequam
lotus fuerit, iterum calici ap-
ponatur. Circa finem Missæ

F^s cali-

calicem plicaturi, ipsum cum
aqua post vinum abluant, ne
pannos inficiat adhaerentes.
Nunquam super altare vinum
& aquam ad mundationem,
vel alias, si vitare potuerint, mi-
nistrent. Si tamen ob incuria
Sacerdotis oporteat, subtus
ampullas, quæ vinum & aquam
continent, manum ad retinen-
dum guttas, ne super altaris
pannos cadere possint, appo-
nant; super quos etiam pannos
nec ipsæ reponendæ sunt am-
pullæ. Ad hoc debet qui mi-
nistrat ad Missam, superpellie-
ceum si haberet conservare, ne
cum eo aliquatenus nares emul-
gat, vel sudores à facie vel a-
lias undicunque detergat: nec
ipsius manicas maximè ad pul-
verem super ligna, lapides, vel
super terram exponat, quod
tamen

tamen si nonnunquam per ali-
quorum negligentiam accidit,
cavere debent, ne corporalia,
calicem, aut pannos ejus cum i-
psiis superpellicei manicis tā-
gant. De aliis indumentis quo-
ties ea plicat, sollicitè caveant,
ne unquam manicæ terram tā-
gant, vel usq; ad ipsorum ve-
stimentorū finibrias descendere
permittantur: sed sive tunicae
lineæ, sive quæcunque alia in-
dumenta plicantur, manicæ
semper longè à simbriis collo-
centur. Debent iterum mini-
stri altaris propter vasorum &
vestium (ut dictum est) con-
servationem attendere, ne ca-
licem, quando reponunt, stri-
ctè ligent: quia sæpè per hoc
deterioratur non modicum, &
paulatim obtritus conquastra-
tur. Vasa quoqué altaris &

S. Bon. Spec: Discip:

utensilia in locis suis diligenter, ut convenit, præparata reponant. Vestimenta etiam pli-care non negligant & aptare: nisi pro aliquo celebraturo ea quis dimitti requirat. Sed quid horum expressionibus immoror? in omnibus enim, quæ ministerium Dei contingunt, speciali nimirum diligentia opus est. Si agendis ministeriis terreni regis studiosissimā homines curam impendunt: quam tam putas æterni Regis ministeriis impendendam?

Sacer-dotum
hone-
stas in
re Di-
vina.

7. Cæterū si ministri altaris. intendere debent honestati, multo amplius tamen per omnem modum Sacerdotes, qui celebrant. Postquam ergo fuerint vestibus sacris induiti, cū magna debent maturitate incedere; & præcipue cū altari affi-

assistunt, gravitatem in motu
& gestibus, laudabili curiosita-
te servare. Nunquam genuflexi-
xuri, quamdiu sacerdotali ca-
sula sunt induti, nisi temporis-
bus ab Ecclesia institutis. Su-
per altare quoqué se non appo-
dient inhonestè: nec manus
suas hac & illac inordinate de-
ducant. Quando se vertunt ad
populum, non erigant oculos,
ut videant assistentes.

8. Denique; circumspectos de- Et cir-
cet eos esse, specialiter circa ^{cū' pe-}
corporalium dispositionem &
custodiam; circa calicis collo-
cationem; circa Dominici cor-
poris consecrationem, sanguini-
nis susceptionē, & mundatio-
nis industriam. Circa corpora-
lia; ut ipsis super altare repli-
catis, usqué ad anteriorem i-
psius altaris oram, sit spatium
com-

competens; ne super eadem
manus suas aut manicas indu-
menti teneant. Calicem ante
oblationem super corporalia
Missæ nunquam ponant, sicut post
oblationem fieri consevit: sed
ipsum usqué ad oblationis tem-
pus, ad corporalium teneant
latus. Circa consecrationem
inter cætera solerter provideat,
ut cum hostia fuerit consecra-
da, ita parum & cautè in prin-
cipio eam levent, quasi scutū
sibi de manibus, depresso ali-
quantulum pollice, facientes;
ut si fieri potest, ante consecra-
tionem à circumstantibus vi-
deri non possit, ne à simplici-
bus adoretur; qui quanto ci-
tiùs eam viderint in manibus
Sacerdotis incautè nondū cō-
secratam adorant. Cum autem
consecratio fuerit consumma-
ta,

ta, hostiam sine mora notabili duabus manibus quantum expedit, ut ab hominibus possit videri, cum omni reverentia elevantes, tā in elevādo, quām in reponendo, debitam mātritatē servent: nec post vel ante elevationem osculentur eandem. Si super altare viaticū celebrant, consecrationē facturi, manūcum hostia cōsecrāda super ipsius altaris viatici lapidem teneant: ne fiat consecratio juxta, & non supra ipsum. Circa sumptionem ca- In sū-
licis caveant, ne ipsum sumē- ptione
do, vel calicem exguttādo per myste- riorū.
nimiam extractionem; tumul-
tum quendam vel sibilum cum
labiis faciant, aut post sūptio-
nem digitos lambant. Erit etiā
tutum, si dum sanguinem su-
munt, calicem tenentes cum
dexte-

dextera decenter, & patenam cum sinistra supponat, sanguinem, si quid effundi contingret, recepturam. Super quam si frangi corpus Dominicum aut reponi contingat, ipsa denique vino & aqua, vel altero illorum sufficienter debet infundi. Incongruum & indignum, ut patena post Christi Corpus Sanctissimum, communii tactui pateat non mundata, & reb⁹ quibuslibet licet mūdis sine differentia exponatur. Si sentis aliter, credo ut post patenæ, vel calicis aut corporalium tactum, non sunt manus communicandæ communibus ante factam post tactum hujusmodi lotionem. Si calicis petatur mundatio pro infirmis, primam nullatenus aut secundam perfusionem exponant;

sed

sed prius semper mundationibus solitis perfectis, aliud denudo vinum calici apponatur potentibus indulgendum.

De disciplina circa ea, quæ ad corpus sunt

C A P U T XVIII.

1. **H**ABITO de disciplina circa spiritualia, sequitur Partitio.
de ipsa, circa corporalia. Et primo circa ea, quæ in nobis sunt: Secundo circa ea, quæ extra nos sunt. Respectu eorum quæ in nobis sunt; primo videndum est de disciplina respectu totius corporis, quantum ad gestum: secundo respectu partium corporis, quantum ad actum. Et primo, respectu lingvæ, quantum ad duo opera naturæ, in quibus congruit officium lingvæ, scilicet quantum ad

S. Bon: Spec: Discip:

ad loqueland & gustum. Secūdō, respectu manuum, ut in exercitio manuali. Tertiō, respectu pedum, ut in incessu. Quartō, respectu membrorū omnium, quantum ad aliqua ipforum officia. Deinde circa ea, quæ extra nos sunt. Primō quantum ad ea, quæ de propè, ut est vestis & habitus. Secūdō quantum ad ea, quæ de longe, ut sunt officinæ.

De disciplina in gestu.

C A P U T XIX.

Mēbra propriis officiis fūgantur. **C**irca disciplinam in gestu, (qui modus & figura ratio membrorum & corporis dicitur) duplex est custodia adhibenda. Prima est, ut unū membrum alterius officium nō usurpet, aut ejus ministeriū sui admixtione confundat. Si

os

os loquitur; caput non agitur, manus non moveatur, & sic de aliis: ut dum alterum membrum operatur, alterum quietum omnino permaneat; aut si opera ejus necessaria illi esse cognoscitur, ad operandū ordinatè moveatur.

2. Disciplinæ custodia est in Gestus gestu, ut quodlibet membrum in eo quod facit, debitum modum teneat, nec temperantia limitē, aut honestatis formam excedat: hoc est, ut in paucis exemplis probemus, ridere sine apertione dentium, videre sine defixione oculorum, loqui sine extensione manuum, sine contorsione labiorum, sine agitatione capitis, sine elevatione supercilium, incedere sine modulatione gressuum, sine ventilatione brachiorum, sine gesticu-

sticulatione scapularum, jace-re sine dejectione membrorū, sedere sine alterutra superje-
ctione pedum, & sine alterutra
accubatione laterum, sine di-
varicatione seu dilatatione cru-
rium, sine extensione vel agita-
tione tibiarum, nempe hone-
stum & humilem fratrem fe-
mori suram imponere, vel pe-
des palām cancellare non de-
cet, arcendi sicut in publico,
ita & in secreto sunt gestus ine-
pti.

Humi- 3. Gestus denique religiosi
les & debet esse humilis, severus &
graves. gravis, est enim reprehensibilis
gestus, si superbiam, si molli-
tiem, quæ nunc per lascivam
hilaritatem, nunc per nimiam
dejectionem infatuat, aut si e-
tiam levitatē prætendat. Tur-
pis in humilitatis professore su-
per-

perbia. Fœda prorsus in humili habitu gesticulatio fastuosa, sic non est viri muliebrem habere mollitiem, puerili levitate. Gravitatis modestia, multam assert servata moribus honestatem, neglecta maculam & contemptum; mortificata secundum Apostolum super terram membra, gestus debent mortificatos habere.

Col. 3.
5.*De disciplina in modo loquendi*

C A P U T XX.

1. **D**isciplina loquendi tam in modo & provida (quando loquendum sit) discretione, quam in verborum religiositate attenditur. Modus, in gestu & sono considerari potest. Loquentis gestus, debet esse modestus & humilis: sonus demissus & snavis. Modestiam

S. Bon: Spec: Discip:

stiam debet habere gestus loquentis, ut nec inordinate, nec turbulentē inter loquendum membra moveat: nec oculorū nutibus, labiorum contractione, vel altero non decenti alterationis modo, vultus honestatem deformet, aut faciem ipsā mollitie quadam resolvat humilitatis obtentu: sed in eadem vultus constantia semper permatens, severitatem benignā & constantē, & quodam modo rigidam benignitatem prætendat. In facie siquidem hominē rigidus.

minis speculū disciplinæ relucet: cui tanto major custodia est adhibenda, quanto minus quod in ea fuerit peccatum celiari potest. Vetat quoqué loquentem gestus modestia, ne se hominibus notabili quadam supplicationum profunditate

in-

incurvet, aut ejus, cui loquitur,
vultui nimis instet: ne inhonestè quidē in ejus faciem: halitus aspiratione insufflet, aut halitu ipso post vinum potatū, sensum maximè narium offendat. Loquentis halitus vultui auditoris & naribus, vitiosè prorsus ingeritur. Debet etiā Sed plā
cidus. gestus humilitatem, modestiā, ac vultus hilaritatem prætendere. Sonitus debet esse demissus pariter & svavis: quia clamositas & verborum asperitas, locutionem religiosi plurimum quidem & dedecet & deturpat.

2. Discretio præterea quando Quādo
loquendum sit, necessaria est: dum
quia ex ore fatui etiam para. Eccl:
bola reprobatur, quia non dicit ^{20. 22.}
eamin tempore suo. Sapiens quādo
loquendum & quando tacēdum

dum sit, prudenter considerat.
Est autem junioribus fratribus
ferè semper inter seniores usq;
ad interrogationem tacendum.

Ecclesiasticus

32. 30.

*Adolescens ait scriptura, loque-
re in tua causa vix cum necesse
fuerit. Si bis interrogat⁹ fueris,
habeat caput responsum tuum.*

Psalms 18.

3.

Benedictus: Ergo quamvis de bonis, san-
ctis, & ædificationum eloquiis
perfectis, discipulis rara con-
ceditur loquendi licentia. Nam
loqui & docere, magistrum
condecet: tacere & audire di-
scipulo convenit. Loquente alio
nunquam loquantur: aut
verba loquentium quovis pa-
cto interrumpere præsumant.
Nec mordaci vel importuno in-
sultu, sociorū locutionem im-
pugnēt. Stultorum enim hæc
sunt, qui nec lingvæ parcere,

nec

nec sociis deferre noverūt. Si qui etiam mutuā se collatione impetunt, per impositionem silentii, & aliam pœnam cōdignam merito reprimuntur.

3. Religiositas debet in locutione servari, ut sit sermo veridicus & purus, sit dulcis & honestus. De veritate sermonis Sapiens dicit: *Ante omnia verbum verax præcedat te.* Non solum igitur mendacia, & quæ criminosa sunt; verum etiam locutiones hyperbolicas & aliqua duplicitate notabiles, penitus vitent. Loquentes de dubiis aut futuris, nunquam absolute loquantur, sed in hujusmodi omnibus semper conditionem apponant. Præcisa enim de indifferentibus verba, religio non consentit. Non est alicujus viventis arbitrio, de

Sermo
sit ve-
ridic⁹.

Eccel.
37. 20.

contingentibus negare vel asserere absolute. Non facile de auditis sententient; licet veritatem sentire se putent. Sint ad responcionem tardi: ne per inconsiderationē falsum aliquod vel indisciplinatum proferant verbum.

Purus. 4. Debent etiam pure loqui: ut in eorum verbis nec jactitia, nec detractio, vel malitia alicujus, aut vanitatis admixtio valeat inveniri. Nunquam de scientia, vel sœculi statu se jactent. Erubescant dicere de absente, quod cum charitate non possent dicere corā ipso.

Reg: c. Unde S. Benedictus, *Murmurare aut conqueri nesciant: nec murmurationis malū, pro qualicunq; causa, in aliquo qualicunq; verbo vel significatione apparet. In verbis suis aut literis,*

si quas aliquando dirigunt, puerilibus vel adulatoriis non utantur blanditiis, sed tanquam religiosi, suam breviter & veraciter intentionem exponant.

5. Honestatē habet locutio, Honestus. si & illius, qui loquitur, & illorum quibus vel de quibus sit sermo, conveniat dignitati. Ottiosa verò, joculatoria, juratoria, contentiosa, maledica, vel alia sacerularia verba, nec pura sunt quidem, nec religiosæ cōveniunt dignitati. *Nugæ*, ut ait l. 2. de S. Bernardus, inter sacerdotes ^{consi-}der: ad sunt nugæ: in ore Sacerdotis aut Eug: in religiosi blasphemiae. Interdum si incident, ferendæ fortassis, referendæ nunquam. Os talibus aperire illicitū; assūscere sacrilegiū est: fœdè ad cachinnum moveris, fœdius moves. Disseſſe à vaniloquio lingvam, qui

S. Bon. Spec: Discip:

ad profectū religionis aspiras.
Processurus in publicum, præ-
muni te ipsum: & animo statue
à verbis inanibus abstinere.
Provide tibi antequā prodeas
aliquid, unde, si expedierit,
sermo texatur. Familiare pru-
denti, consideratione omnia
prævenire: confert ad singula
fuisse præmunitum. Si dignū
quippiam relatione non habes,

Tutius audire quām loqui. *Tutius & humilius audis,*
quām loqueris. Non affabilitas
oportuna, sed loquacitas otio-
sa damnatur. Jurare verò nunc
per caput, nūc per Sanctos, vel
Matt. 5. 37. alio quovis modo, Christi (qui
ait, *Sit sermo vester est, est, non,*
non) discipulo minimè cōgruit.

Contēdere nō decet religio- Rursus indignum penitus ser-
vis Dei, muliercularum more
contendere. Sí resistentiae inci-
fios. dant verba, cedendum conti-
nuo

tuò resistenti. Honor est homi. Prov. vi, qui separat se à contentionibꝫ. 21. 3.

Nunquam discendi, ut dicitur, gratia, litigent: scientes ad se verborum contentiones nullo modo deinceps pertinere. Non potest esse, quin contentio aliquid, quod contra conscientiā dicatur, extorqueas. Ergo inter Dei servos collatio, non altercatio debet esse. Perversum est, maximè si ausu damnabili vitiari. Nec cō ad injuriosa vel maledicta verba, quæ secundūm Apostolū à Dei regno excludunt, os religiosi laxetur: aut diaboli nomen ad invectiveum assumat, vel in communi locutione frequentet. Sunt quædam quæ levissima putarentur, si nō in Scripturis demonstraretur opinione graviora. Quis enim dicentem Matthei fatue fratri suo, reum gehēnæ pu-

Nec cō-

3. Cor. 6. 10.

Aug.

Enchir.

c. 79.

Matth.

23.

taret, nisi hoc veritas expressisset.
Pessimum hunc loquendi usum
quasi pro affabilitatis solatio,
salutis adversarius introduxit:
ut per eum modicæ occasionis
accessu stultis illudens, eos fre-
quenter in gravis lapsu offen-
sæ impulsu leviori præcipitet,
& status dignitatem colluvio
sordidationis vilificet. Pudeat

Rumi-
geruli
non sint
fratres.

eos rumigerulos esse, aut ver-
borum sæcularium delatores.
Nihil inter socios seminat,
quod infirmos animos dissol-
vere valeat, aut turbare. Reus
est Deo & Ordini, qui temera-
rio diffidentiæ verbo conscië-
tiam percutit infirmorum.

Sermo
dulcis
sit.

6. Præterea sive fratri, sive ex-
traneo, sive magno, sive parvo
loquantur, semper in ore verbi
dulcedinem habeant; *omne m-*
Tit: 3. *ad omnes, secundum Apostolū,*
man-

mansuetudinem ostendentes. Nū-
quam suæ prætextu constantiæ
vel zeli cum communitatís in-
juria, in verba contumeliosa
prorumpant. Sæpè enim me-
ritum immoderata lingua con-
fundit: turpisq; defensio, quæ
injuriis utitur. Habet fastus pro
constantia impetū, pro ratio-
ne injurias: sed lingua eucla. Eccl. 6.
q̄is in bono homine abundabit. 30.

De "disciplina circa comedionē"

C A P U T XXI.

1. DEBENT etiam cum timo-
re Dei comedere, disciplinam semper tam in modo se
habendi, quam in cibo obser-
vantes: vitantes nihilominus
quasdam minus decentes fæcu-
larium consuetudines super
mensam. Placet vel pauca de
singulis exempla subnectere,

Hone-
stas in
edēdo.

quæ ad similiūm consideratio-
nem transmittant. Honestè se
debent habere, ut dum come-
dunt, aut bibunt, fedeant, bi-
bentes cum duabus manibus
scyphum teneant, membrorum
agitationem, & quarundam
anhelationum vel labiorum tu-
multum, quæ animi notant
intemperantiam, vitent, ocu-
los à circumspectione, lingvam
Oculi à locutione cohibeant. Ocu-
lorum custodia inter epulas
mensa, propterea necessaria est: quia
non decet, ibi præcipue, ut va-
gos habeant oculos, nequé cu-
riose & (ut amplius dicam)
impudenter, quæ apud alios
aguntur circumlustrando pro-
spiciant: sed ut potius pudicè
demissis luminibus, ea tantum
quæ sibi anteposita sunt atten-
dant. Loqui verò seu mussita-

re ad mensam ubi silentium est servandum, turpe vitium est, ⁱ si letum
Declinanda missitatoris societas qui licet legis honestate ^{servantum in mensa.}
prohibitum, linguae tamē volubilis nō valet retinere. Si quādo etiam extraordinariē bibūt, si ve adsint sive non adsint extranei, quamdiu bibitur, sileant. Culpanda nimis verborū multiplicatio juxta potum.

2. In cibo, tam in qualitate quam in quantitate ipsius, quam etiam in modo, moraque ac frequentia, comedendi disciplinam servent. In qualitate, ^{Cibi} quales ut nunquam pretiosa vel delicata, nunquam in ciborum aut ^{non pertendit.} preparationum diversitates affectent. Promptum ad delicate palatum, curiositas quādā, honestatis postpositiva decla-

S. Bon: Spec: Discip:

rat, ut verbi gratia: Si quis ex
vitio meliora de communi
eligit portione, ut quod in pa-
ne sapidius, vel in aliis viderit
melius, ipse sibi accipiat, si ma-
jora panis fragmenta sumat,
minoribus si adsunt, licet mi-
nus delicatis, sine rationabili
causa dimissis, cum panis vel
res alia quanto magis ad inte-
gritatem accedit, tanto ad
mēsam ipsam valeat honestius
reportari. Si ad majorem sa-
poris delectationē in pane in-
veniendam, ipsum inordinate
frangendo, circumcidendo, vel
micatenus excrustando defor-
met. Si vinum cum aqua
temperare non curet; si lon-
gum & interpolatum faciat
haustum. Si salsam communem
panis appositione consumat;
aut eam incongruē totam, va-

se

se transverso vel circulari ve-
natione vendicet, cum sit ma-
gis in medio intingendum. Si-
cut enim apud honestos quo-
dam in sæculo imputatur, si
corrosionibus ossium curiosius
insistas, aut carnes per magnos
notabiliter bolos, præter exi-
gentiam scindas vel edas, aut
dum scindis, scissum immedia-
tè morsellum, antequam in
communi loco posueris, percipi-
pias, à meta communi juxta
vulgare proverbium non curâ-
do discrepas; aut tactu more
palponis, electum post tactum
relinquas, vel simile quippiā
actites: sic religiosis est inde-
cens, si in his, quæ sibi pro tem-
pore convenient cibis, notam
gulositatis non vitent. Si quan-
do eos jejunii tempore, vino
confecto vel simplici, ante co-

Specia- mestionem vel post, herbis seu
lia sine scidalo speciebus, infirmitas uti cœ-
si neceſ- gerit, occulte hujusmodi si po-
ſe eſt tuerint ſumant, ne simplices i-
fumen- da. dem ſibi ipſis abſq; ſufficienti
necessitate licere putantes, ad
ſolvendum jejunium ſuo inci-
tentur exemplo.

Specia- 3. Eſt insuper diuersitas re-
lia in mensa ſpeetu cibi & præparationum
nō ſunt vitanda. Nihil ad mensam ſpe-
queren- da. ciale apportent, vel in mensa
requirant, præter fal & aquā,
quæ poſſunt ſemper cum hone-
ſtate requiri. Privandus com-
munibus eſt, qui ſpecialia in
communitate uſurpat. Com-
munibus igitur diſcant eſſe cō-
tentı. Os ſuum ad omnia, quæ
alii comedunt, affuſtant: ut
ſi fieri poſteſt, nullum omnino
repudient ſeu abominentur ci-
bum. Grande vitium ſi pota-
gium

gium & communia respucas, ut
in specialibus lautiùs procure-
ris. Porrò modò mollia, mo-
dò dura, modò frigida, modò
frixa, modò clixia prægnantes
solent appetere mulieres: pro-
videnter autem sobrieq; con-
versanti, satis est ad omne con-
dimentum sal cum pane.

4. Debent etiam excessum in Ciboru
cibis, & maximè potus quan- quanti-
titatem vitare: ut crapula vel tas:
satietas nimia non subrepat. Reg:
Nihil sic contrarium omni Chri- 39. 19.
stiano, quomodo crapula, ait San-
tus Benedictus.

5. Amplius quoquè qualiter;
hoc est, quām decenter, mun-
dè ac temperatè sit comeden-
dum attendant. Decentia Decen-
detrahit, qui eibum in ore ter e-
habens, vel scyphum in ma-
nu detinens, loquitur: qui ma-
nu

Cum
mundi-
tia.

nu armata cultellum habente:
cibum ori ministrat, velei non-
dum expedito à cibo, potum
nihilominus ingerit, aut dum
bibit vel comedit, caput tenet
in caputio profundatum. Mū-
ditiam debent ad proprium &
sociorum cibum, & ad mensam
ipsam, super quam comeditur,
observare. Munditiæ simul ac
decentiæ gratia caveant, ne in
paropside, scypho, vel ovo,
præmorsum aliquid iterum co-
nesturi reponant. Fœde tuo-
rum reliquias, dentium ali-
cui cibo immisces. Nunquam
scyphum digitis potagio vel
alio quolibet maditatis acci-
piant, aut pollicem poculo
immergant; nec super potum,
in scypho vel super cibū quæ-
libet sufflet. Indecenter agi-
tur, si digitos quis immittit po-
tagio,

Ad Novitios Pars I.

147

tagio, & ossas vel olera nudis articulis cochlearis vice pescatur. Si superfluitates piscium & similia, ex ore projicit super mensam, vel nuces alii quam sibi frangit cum dentibus. Si quis tussit aut sternutat non a-versa facie à mensa. Raro enim hoc fit, sine qualicunque emissione reliquarum oris. Si nudam manum in mensa nari-bus emungendis, vel carni nudæ scalpendæ apponit, vel manum ipsam ad vestimenta de-tergit. Cavendum quoqué, ne quis ante faciem circumstatiū fratrum, pro sale & aliis necef-sariis, quæ à fratribus tradi pos-funt, manum extendat super mensam, & eorum cibum cum manicis seu habitu suo tangat. Scindendus etiam panis, pecto-ri seu vesti communi nō est si-

ne

S. Bon: Spec: Discip:
 ne interpositione tobaliæ applicandus. Munditia mensæ requirit, ut mensale nequaquam frequenti vel superflua deter-
 sione cultelli vel manuum de-
 turpetur, purgandis maximè
 dentibus nullatenus exponen-
 dum. Fœdū enim & vile, map-
 pas & manutergia fratrum cō-
 munia, dentium fricatione fœ-
 dare. Qui conventionalia deho-
 nestat, committit utique in cō-
 ventum.

*Et tēpe-
 rantia.* 6. *Tēperantia manducandi,*
Hugo à ait Hugo, intelligimus in eo, si
S. Vict: homo tractim, & non cum nimia
tō: 2. *festinatione comedat.* Festina-
mō: ad tio in inchoatione & prosecu-
novit: tione comedionis attenditur,
cap: 21. quando videlicet in initio mē-
 sæ statim absqué orationis ali-
 ejus præambulo, ad cibum
 manus extenditur, aut cum
 quadam

Map-
 parū u-
 sus.

quadam voracitate comeditur.

Si prius ori cibum ministras,
quām alio sumpto fueris expe-
ditus.

7. Cæterū per morosam co-
mestionem, congregationem Sine lō-
detinere ad mēsam, aut si quā-
do extra conventum babitur,
juxta potum moram contra-
here, non est decens. Hinc per
Sapientem sobrio dicitur. *Cef.* Eccles.
Ja prior causa disciplinæ. 33. 20.

8. In comedendi & bibendi Nō ex-
frequentia, servanda est diligē- tra or-
ter tēperantiae disciplina. Sanē dinariē
post refectionem ad potum re- come-
dire, aut per diem in domo ex dēdum
vitiosa consuetudine, aut quod aut bi-
turpius est, post Cōpletorium bendū.
bibere, non mediocris vitii no-
tam habet. Honestius ad men-
sam quātū indiges bibis, quām
bibendo per diem meribibuli
morem.

morem geris. Fructus vel aliud quodcumq; extraordinariè sacerdotalium more comedere, patens est gulosis tatis indicium. Siquidem extra duas vices in die, nisi necessitate cogente, in domo vel extra comedere, puerorum, imò pecudum est. Senex legem in vicibus comedendi non servans, fertur per

In collatione angelum asino comparatus. Ad latione collationem tempore jejunii bis vel faciendam, duabus tantum vel ter bimonthiis bendū. tribus (si indiges) bibere vicibus, temperantiae congruit & honestati. Studet sobrius quādam temperantiae legem, in ipsis etiā necessariis observare.

Nemo invitetur ad edēdū vel bimonthiis bendū. 9. Deniq; quorundam sacerdotalium in faciēdis coinvitatio- nibus, in poculis in fragmen- tis, & hujusmodi consuetudi- nes vitent ad mensam. Non se invi-

invicem facile coinvitent: sed comedat vel bibat unusquisq; pro suæ arbitrio voluntatis, quantum necessitati suæ melius sibi notæ quam alii, viderit exp̄edire. Congruè tamen senior verecundantes forte, vel nimiū abstinentes juniores invitat. Sap̄or & potagium prægustata, vilium quoqué seu quorumlibet ciborum reliquias, ut ovū unum, tantilumve pitantiæ, si ventre jam satiato supersit, indecenter commensalibus maximè senioribus ingeruntur.

Encænia per mensam non mit-
tant. A fragmentis & reliquiis ^{Fragmē} ita non
caveant: sed de pane & aliis ita ^{faciēda} aut re-
sibi provideant mensurate, ut liquas.
corā se vix micas relinquant.
In potagio tamen aliquid interdum honestè relinquunt, id
sibi pauperum & temperantia
gratia

gratia subtrahentes. Verūm &
si quid forte relinquere, non ta-
men ut paterfamilias ad erogā-
dum congerere permittuntur.
Pro sociis aut vix aut nunquā,
maximē circa finem refectionis,
panem vel aliud scindant,
aut potum in scypho ponant:
nisi saltem quantum ipsi soli
comedere vel bibere valeant, si
alii quibus hæc offerunt, non
acceptant. Nunquam pro buc-
cella, ut dicitur, panem tunc
integrum scindant, præsertim
si apud socios fractum inveni-
ant. Si scyphum communem
habuerint, qui voluerit bibere,
non amplius de potu apponat,
quam possit bibere una vice.
Inter reliquias quæ aliquando
fiunt, inutile aliquid vel noci-
vum, ut quæ de nuce, ovo, ca-
staneaq; projiciimus, aliaqué
hujusmo-

hujusmodi nullo modo relin- Feles
quant. Murilegos vel aves ad nō per-
mensam non pascant: cùm nec tur in
in refectorio debent sustineri. mittan-
refecto-
rio.

Possunt cum dictis & similia
circa comedionem attendi.
Verumtamen sunt nōnulla, quæ
licet communiter vitiosa pu-
tentur, interdum tamen inter
domesticos in spiritu charita-
tis sine vitio exercentur.

De disciplina in opere manuali

C A P U T XXII.

i. **A**D disciplinam circa e-
xercitium operis manua-
lis, quod manuali opere cor-
poraliter exercetur servandā,
necessaria est discretio, diligē-
tia & honestas. Est habenda Discre-
retio circa opus, ut quod in
faciendum est, discrete fiat.
Discernendum est primo, ut
utili

Et in
tempore.

utili operi necessarium, bono quoqué melius, & meliori optimum præferatur. Juvare fratrem cùm indiget, multum utique operi peculiari præponderat. Rursum celebrare volenti juvamen subtrahere, majorem pluribus aliis offensam esse, quis ambigit? Est etiam discernendum quod opus quo tempore fiat. Nonnulla siquidem in festis diebus non fierēt, quæ in profestis bene fieri possunt. Videtur in operibus distinguendum. Sunt enim exercitia quædam, quæ necessitatibus quotidianæ inserviunt; ut est ciborū præparatio necessariorum ad diem, utensilium coquinæ ablutio, & consimilia quæ omni tempore fieri solent. Sunt quædam alia, quæ in die alteram differri possunt, ut est scri-

scribere in quaterno, tunicam
virgis excutere, caput abluere,
cæteraquæ alia à quibus est die-
bus Dominicis & festis præci-
puis abstinentum, ob sacri re-
verentiam temporis. Festi nā- Eesti
qué dies, per honestum quietis dies ut
otium, alii verò dies per labo- gendi.
ris debiti exercitium honoran-
tur. De quo Hugo: *Quantum, tō: 2.*
inquit, addit decoris diebus festi- insti:
vis quies vacationis, tantum or- mō: ad
namenti cōfert cæteris dieb⁹ stu- novit.
dium boni operis: ita ut in illis
quisquis noluerit esse quiet⁹, iu-
dex sit suæ vanitatis, & insistis,
qui nō fuerit laborios⁹, testis pi-
gritiæ. Carnales siquidē metes ne
vel in illis dieb⁹ quiescāt, vani-
tas exagitat: ne vel in istis in bo-
no opere se exerceāt, pigritia li-
gat. Deinde quasi concludens
subjūgit. Quapropter non ne-
gligen-

gligenter habenda est in bono ope-
re discretio temporū: quia sicut
malū opus nullo tempore lauda-
bile est, ita etiam bonum opus quo-
dammodo reprehensione dignum
judicatur, si tempore oportuno fa-
ctum non est.

Diligē-
tia in
operis
prom-
ptitu-
dine.

2. Diligētia in opere ex prō-
ptitudine operantis, & devota
fidelique operandorum execu-
tione dignoscitur. Diligentia
hujusmodi promptitudo, non
in opere manuum tantum, sed
in conventuali quolibet maxi-
mè locum habet. Quidquid
pertinet ad conventum, id præ-
cipue diligentia studio est a-
gendum. Sint ergo præcipue
ad conventualia exequenda
promptissimi. Nunquam tar-
dè ad opus Dei vel ad mensam
occurrant. Unde Sanctus Bene-
dictus: *Ad heram divini officii,*

mox

mox ut auditum fuerit signum, Reg: 1.
relietis omnibus, quæ in manib⁹ c. 43.
fuerint, summa cum festinatione Citò
curratur, cum gravitate tamē, accur-
ut nō scurrilitas inveniat fomitē. rēdū ad
Ergo nihil operi Dei præpona- Cōven-
tur. Ad mēsā autē qui per negli- tum.
gentiā non occurrerit ante ver-
sū, ut simul omnes dicant ver-
sum & orent, & sub uno omnes
ad mensam accedāt, qui per ne-
gligentia aut vitium non occur-
rerit, & sic usq; ad secundā vi-
cē corruptus emendare neglexe-
rit, juxta ipsius sancti decretū,
à communis est mensæ participa-
tione arcē: ut solus à commu-
ni cōsortio sequestrat⁹ reficiatur,
suz ei de vino si fuerit habitur⁹
portione sublata. Dignè quidem E con-
à communi refectione repellit
vētu nō
manē-
tur, qui se per vitium à com-
dum.
muni oratione secludit. Absit

S. Bon: Spec: Discip:

à servis Dei vitiosæ hujus cō-
svetudinis turpitudo: ut con-
ventuale aliquod divinum præ-
sertim officium alterius præte-
xtu cuiuslibet, tardo accessu
vel citiore abscessu, propter o-
pera dehonestent. Ut enim tar-
dus accessus, sic ante horam re-
cessus, sine gravi præsumptus
necessitate arguitur. Impatiē-
tis & vani signum est hominis,
in communibus anticipare re-
cessum, nec opus Dei posse in
choro usqué ad finem exspecta-

Lib: 2. re. *Si Monachum*, Sancto nar-
dialog: rante Gregorio, post completū

14. officium continuò recedentem vi-
sus est dæmon ab oratorio retrahere;
quid de his, qui nec ipsius
expletionem officii præstolantur?
Haud dubium conventua-
lis ubilibet decorum integrita-
tis negligere, inexcusabile pror-
sus

sus remissionis est vitium: ad
vitium autē vix occasio deerit,
si quælibet admittatur.

3. Omnes denique fratres, la-
bores non ex sola consuetudi-
ne, ut *vitula Effraim docta dili-* Osse
gere trituram, sed ex animi de- 10. II.
votione sectentur: ut in com-
munibus sit fervoris affectio
specialis. Conventualem vitā Vita
ut sanctissimam imō angelicā, cōven-
toto affectu animi amplexan- tualis,
angeli-
tes, ei tam continua quām de- ca est.
vota prosecutione adhæreant.

Quantum ad officium, mensam
& alia, vix nisi coacti à con-
ventū congregazione recedāt.
Tantam Deus conventui effi-
caciā contulit bonitatis, ut
ibi augmentum suscipiat bo-
ni bonus, aut veniam mali
malus. Multa in conventu bo-
na præsentibus conferuntur,

I. Reg: absentibus subtrahuntur. Saul
20. 30. ad conventum psallentiū pro-

phetarum accedens, propheta
efficitur: extra conventum fa-

Joā:20. etus, pervertitur. Thomas di-

24. scipulorum absens conventui,
visionis Dominicæ consolatio-

Astor: ne fraudatur, quam ad collegiū

2. 1. reversus assequitur. Discipuli
pariter congregati Spiritum

Sanctum accipiunt. In conven-

In con- tu Dominus habitat & requie-

ventu Domi- scit. Ibi devotos quosqué ubi-

nus re- rioris gratiæ pabulo refocillat:

quie- ibi quām plures negligentia-

feit. personales, in divino maximè

officio subrepentes, congrega-

tionis cōmunione supplentur;

ibi quod suis quisqué non po-

test, aliorum meritis obtinere

meretur.

4. Cæterū licet ad majora
domūs officia, videlicet hospi-
tala-

talariæ, refectorii, infirmariæ, Si quid
 lectionis ad mensam, & hu-^{noviti-}
 jusmodi principaliter & conti-^{is præ-}
 nuè fienda, novitios fratres af-^{rē præ-}
 sumere provida religionis cō-^{cipitur,}
 fvetudo non habet; si tamen ^{nō re-}
 usent.
 quando contingat eis aliquod
 hujusmodi officiorum vel ad
 horam committi, magna debet
 devotione suscipere, & ad faciē-
 dum ea mansuetè, velociter,
 acceptabiliter, integrè ac cir-
 cumspectè, magnā debent di-
 ligentiam adhibere. Mansuetè, Sed o-
 hoc est, sine murmure & dis-^{bediat}
 plicentiæ signo. Fili, (ait Sa-^{māsve-}
 piens) in māsvetudine operatua ^{tē.}
 perfice. Est in opere bono ne-
 cessaria strenua velocitas: de ^{Veloci}
 qua Sapiens dicit: *In operibus ter.*
tuis esto velox. Velocitas hæc
 maturitatis non removet gra- ^{Eccl:}
 vitatem, sed vitium tarditatis ^{31. 27.}

Accep- excludit. Est etiam accepta-
ptabili- biliter operandum, ut quibus
ter. ministratur, prout honestè sie-
 ri poterit, satisfiat. Optabat

Rō: 15. 30. *oblatio sua fieret acceptabilis in*
Ferusalem Sanctis. Magno pro-
 fectus est ei, cuius ministerio
 multi læti facti Deum laudāt.

Integritate. Integritas in opere bono requi-
 ritur, ut non diminutè, non ad
 evasionem, vel quasi ad oculū,
 sed perfectè, ut res exigit, fiat.

Circum- Circumspectio in obsequiis,
spectate. prout officiorum requirit va-
 rietas, est habenda: quod per
 exemplum in uno officio me-
 lius patet. Si quando refectori-
 rarii vicem gerant, quæ mini-
 stranda fuerint, tempore con-
 gruo & modo debito præpara-
 ta ministrent, & religiosè di-
 stribuant: in mensa defectus

vel

vel circa ministerium suum mi-
nus expediēs aliquod accidat,
provisuri. Ministrēntur itaq;
necessaria tempestivē. Turpe
est si propter unius defectum, Tēpe-
tota cōgrégatio exspectet. Si mnia
cut igitur omnia sive fructus, prapa-
rare sive sapores, sic & alia come-
dēntibus congrue apponenda,
priusquam fratres ad mensam
intraverint, providē apponan-
tur. Conferendorum collatio
successiva, conventum s̄e p̄ius
detinet: & id quidem imputā-
dum negligentiae ministrorum.
Ad mensam verò quidquid ap-
ponitur, præparatum, ut decet
reficientibus offeratur. Nūces,
si dandæ fuerint, priūs frangā-
tur. Herbæ crudæ, si apponen-
dæ fuerint, mundentur: & sic
de aliis observetur. De omni-
bus, quæ apponuntur, sua cui-

Portio libet, si fieri potest, portio sua cuiquē gulariter tribuatur. Sunt ruris appona genæ, qui nec à Prælatis discretur. ta, vel à senioribus aut extra-neis sorte distingvant. Communia maximè, ut sal & aqua mensæ non desint, quæ in primis providus ministrator apponit. Aqua non solùm pro temperādo vino, imò sàpè pro aliis necessaria est in mensa. Cochlearia quoquē sunt ad omne potagium oportuna, ne cum digito piscari oporteat, & ne juxta

Tō: 2.
instit: Hugonem, in eodem jure & ma-
mon: ad nus ablutionem, & ventris refe-
novit: cap: 21. rationem videatur querere. Mu-
rilegos vel aves, quæ tenentur alicubi contra araneas, nullatenus esse in refectorio, dū fra-
tres reficiuntur, patiantur: nec enim hoc est expediens vel be-
ne factum. Sic & in aliis circa
istud.

istud vel aliud quocunque si-
bi impositum officium, sint in-
tenti. Scriptum est enim, *Cun-*
Et a cum diligētia facite. Et ite- 2. Par:
rum: Agite diligenter, & erit Ibid: 19. 7.
Dominus vobiscum in bonis. Sic
agatis in timore Domini, fideliter Ibid: 9.
& corde perfecto.

5. Honestas in operatione ser- Hone-
vatur, si omnia, quae aguntur, ^{stas in}
cum maturitate ac religiositate ^{operatione.}
quædam exerceantur, & in o-
mnibus nitor inveniatur mun-
ditix: hoc enim religiosum
maxime decet.

De disciplina in incessu

C A P U T XXIII.

1. **D**isciplinam circa incessum, penes modum & ^{Modus}
discretionem in ambulādo cō- ^{in eun-}
siderent. Honestus enim mo- ^{do.}
dus requirit, ut non impetuo-

sis & fractis gressibus ambulet; nec erecta cervice, non prominenti pectore, seu etiam inclinato super humerum capite, aut vagabundè pendebitibus manibus: quæ omnia vel levitatem, vel superbiam, vel remissionem, vel hypocrisim sapiunt.

Discre-
tio in
eundo. 2. Debent etiam in eundo distinctionem habere, ne de illorum

numero censeantur, de quibus

Isa: 59. dicitur per Prophetam, *Non est*

I. *judicium in gressibus eorum.* In eorum gressibus non invenitur judicium, qui eundo necessitatem vel ordinem non attendunt.

Necessi-
tas. 3. Necessitas discursum inutillem, ordo inordinationis confusione excludit. Discursum

Nō va-
gādum igitur per domum, per hortum
per cō-
ventū. & extra domum, qui magnum

est instabilis mentis indicium, cautè vitent. In domo, ne sei-

licet

licet per officinas de loco ad locum, de fratre ad fratrem in utiliter evagentur, aut loca rumoribus audiēdis vel collocutionibus apta frequentent: sed in locis sibi concessis, ut sunt Ecclesia, cellæ, Capitulum si extranei assuerint, vel aliis locis, si qua sibi fuerint specialiter deputata, cum silentio residentes, officinis privatis, puta ubi cibaria præparantur, infirmi vel hospites recreantur, aut fratrum congregationi, vel comedentibus & bibentibus se, nullatenus ingerant non vocati. Erubescant præcipue ad reficientium mensam accedere, vel eis, nisi pro evidenti ministerii necessitate assistere. Efrontis est hominis, non erubescere comedentes. Verumtamen si quando eos loca sibi nō

concessa, necessitas adire compulerit, ad ostium pulsare aliquantulum possunt, ut aliquis egrediatur ad eos, vel ut ipsi

In hor- vocati securius & honestius in-
tū nō e-
trent. In hortum non eant abs-
undū si-
ne co-
qué licentia, nisi eos vel ab ali-
pia.

quo professo mitti contigerit
aut vocari: ad loca sua post-
quam ab eo recesserint vel ejus
negotium fecerint quam citius
reversuri. Verumtamen eorum
instructor juxta superioris di-
spositionem nunc hos, nunc il-
los, aut etiam omnes simul ad
spatiandum in horto, causa re-
creationis vel alicujus bonae
collationis, poterit per se vel
per alium fratrem professum,
cum expedire viderit vocare.
Tempore probationis domum
exire, propinquos suos visitare
non carent: nec enim inter co-

gna-

gnatos & notos Dominus inve- Luc. 2.
nitur, unde Bernardus: *Quo-*
modo te bone Iesu inter meos co- 44.
gnatos inveniam, qui inter tuos
minime es inventus? Si quando
domum, quamvis de superio-
ris licentia exeunt, nihilomi-
nus tam id ipsum significet suo
instructori: quod & de suis & a- Ep. 107
liis notabilibus factis observet. in fine.

4. Ordo circa incessum est re- Ordo
ligioso in conventu specialiter in eun-
servandus: ut in processioni- do.
bus fratrem sibi collateralem
attendant, ut chori sui partem
in refectorio & in clauistro, cum
pro gratiis ad Ecclesiam itur,
in omni teneat loco: nec se ad
chorum alium vel in refecto-
rio, vel in clauistro, seu alibi
transferat, nisi causa rationa-
bili perurgente. In Ecclesia
vero inter pulpitum in medio
cho-

chori positum & altare, dum
maximè ibi aliquid dicitur, nō
facile transeat, nisi fortè alibi
liber non pateat transitus: &
tunc ab ipso pulpito transiens,
& inclinans ne pulpitū videa-
tur venerari, non ante ipsum
directè, sed à latere decentius
inclinabit.

Et reverentia. Et & ordo reverentię &
decentię incessu, ut non pas-
sim seniorem junior antecedat,
aut quando vitari facile potest,
frequentes & nimis propinquos
ei transitus faciat ante ipsum.
In Ecclesia quoquè inter mini-
stros altaris, Subdiaconum vi-
delicet, Diaconum & Sacerdo-
tem in officio suo solenniter
celebrantes, nec non & ante
fratres infra deambulatorium
sedilium, & formarum minus
honeste præter necessitatem
transi-

transitur. Sed illud deambulatorium intraturi, ad vacua debent sedilia per introitum sedilibus ipsis propinquiore accedere, nisi ob aliquam personarum reverentiam, si forte intermediae fuerint, sit aliter faciendum.

De disciplina in gestu membrorum

C A P U T XXIII.

i. **E**st in aliis membrorum corporis, sive oculorum, sive oris, sive brachiorum manuumque officiis, disciplinæ studendum; de quibus adhuc aliqua breviter supponentur. Amatores igitur honestatis, oculos ab inordinata evagatione & exaltatione in mensa & in choro præcipue diligenter custodian. Scriptum est enim:

Oculi

Oculo-
rum cu-
stodia.

172

S. Bon: Spec: Discip:

Prov: Oculi stultorum in finibus terræ:

Ibid: 17. 24. Et Dilatatio cordis exaltatio o-

Ibid: culorum. Levat quidem Pro-

21. 4. Ps: 130. pheta oculos, ut petat auxiliū:

Joā: 6. 5 Dominus ut impendat. Tu quo-

qué si locum, causam. Et tempus

Ex Ber- consideras, tua vel fratris neces-

nar: trati: sitate oculos levas, non solum no-

de gra- culpo, sed plurimum laudo: hoc

dib. hu- milita- enim excusat miseria, illud com-

mendat misericordia. Si in alias,

de curi ositate. non Prophetæ, non Domini, sed

Gen: Dinæ aut Evæ, imò potius fata-

34. 1. næ te imitatorem dixerim.

Ibid: 30. 2. Non sint in risu faciles, nec

Risus re in voce clamosi. Cachinnus

ligiosus. præcipue gravitatem religiosi

plurimum dehonestat. Vile

prorsus est religiosum virum,

ut puerum cachinnare. Non

licet religiosum virum dissolu-

tis labiis risum proferre, sed hi-

lari vultu cordis hilaritatem

præ-

prætendere. In datione pacis labia semper claudant, quibus apertis turpiter exhibetur. Nares non in aliorum aspeetu, sed ad partem cum duorum tantum aut trium appositione digitorum emungant. Seorsum etiam spuendum est, maximè in conventu fratrum; ne loca publica, sive in choro, sive alibi sputo fœdentur, & adstantium oculi offendantur. Patet quosdam in ipso chori deambulatorio, ad pedes suos palam fratribus spuere, nec pudere.

Pandi-
culatio
& osci-
tantia
vitæda.

3. A notabilibus corporis seu membrorū extensionibus, quæ cum oscitationibus vel alias, non sine quadam inhonestate fieri solent, omnino abstineat. Tunc enim sunt corpus & brachia comprimenda, ne cum hujusmodi pigritia extendantur.

Hone-

Honesto incongruum viro, pígra membrà distensione resolvi.

Manus
decēter
compo-
nendæ.

4. Dissolutiones fugiant mānuales: grandia namqué cau-
sant pericula, soletqué luctus
ludo accidere corporali. Et
post comedionem præcipue se
à jocositate notabili & multi-
loquio studeant temperare. Si-
quidem licet omni tempore dis-
solutionis levitas sit vitanda,
post refectionem tamen, vela-
lias cum solo fratre, & iterum
coram conventu turpius agi-
tur. Turpissima est dissolutio
in conventu. Ad hæc aliū
quempiam præter necessitatem
ad cingulum vel manum acci-
pere, flores, fructus vel bacu-
lū in manu otiosè gestare, cin-
gulum inter digitos volvendo
rotare, honestati non conso-
nat,

nat, imò lasciviæ signum quodam, modo prætendit. In lotoione manuum, quando de vase manuali aqua recipitur, vas ipsum nunquam à parte superiori, præcipue manib⁹ distillantibus, sed per ansam potius, vel à latere, vel à fundo accipient; ne guttis manuum aqua residua sordidetur.

5. *In lecto se honestissime faciendo* In lecto componant: nec resupini faciat, nec genua levando calcaneos jungen-
tiant ad tibias. Hæc & similia Ber: in non sunt ut minima temerè a-
spernanda. Clara nonnunquāvitæ in conversationis insignia, quædam in minimis obfuscant in-
eptiæ. Plerumq; modicis pau-
latim per incuriam subrepeti-
bus maculis, tota morum cō-
geries inquinatur.

*S. Bon: Spec: Discip:
De disciplina circa habitum
servanda*

C A P U T XXV.

i. **D**isciplina in habitu potest tam circa pannum quam circa formationem, coaptationem, usus ejus continuationem, & munditiae conserva-

Modus **t**ionem attendi. Circa pannum, **i**n pāno ut non sit pretiositate, molli-
tiae, vel subtilitate notabilis.

I. Pet: **l**ierib⁹ Petrus interdicit. Porro
3. 4. qui mollibus veliūtur, in domib⁹

Matt: **11. 8.** regūsūt. Inter divites palatii &
pauperes clāustri, debet esse dif-

Ber: de ferētia. Mollia vestimenta ani-
cōcor- mi molliiem indicant. **M**olles
dātia statuū (ait quidam) moilia querunt.

religio Subtilitas & nitor, reprehēn-
for. post ditur in byssō divitis epulātis.
med:

Luc: 16 Nimia panni subtilitas, & si nō
pretio-

pretiosa, nihilominus tamen in proposito poenitentiæ vitiosa. Sit curæ novitiis pannorum pretiositatem, subtilitatem, & incongruam religioni mollitię non curare. Vereantur & renitantur ut possunt, mutari ipsorum Sanctorum de vestium vilitate censuram, & vitiosam consuetudinē induci. *In signū* Luc: 2. *sunt panni tui Domine Iesu,* 32. Ber: fer: 4. *in signum cui à multis usq[ue] bo-* de na-
die contradicitur. tali Do-
mini, in-
princi-
pio.

2. Honesta exigit vestimento-
rum formatio, ut non sint ni-
mis lata vel stricta. Amplitu-
do vel longitudo vestimenti su-
perflua, sive in manicis, sive in
caputio, sive in collario caputii
est admodum fugienda. Sed
nec aperturis quibusdam circa
cingulum vel alibi, aut curio-
sitatibus aliis quibuscumq[ue] est
habitus deformādus. 3.

Cōponi- 3. Coapratio quādam religio-
tio. so est decens, quādam indecēs.
Indecens est, si præter morem
religionis fuerit curiosa: ut
verbi gratia si caputii collariū
quādam in gyro replicatione
juxta mundanorum consuetu-
dinem coaptetur, aur curiosè
ipsum replicetur caputium cir-
ca genas. Decens est, quando-
non curiositatī, sed honestatī
deservit, ut videlicet vestis ho-
nestē portetur, & honestē pro
loco & tempore disponatur: ut
honestē portetur succingenda,
est æqualiter & decenter. Si
enim ex una parte notabiliter
bito. pendere permittatur, vel in a-
liis præparatio debita omitta-
tur, fatuitatem, vel negligentiam,
vel hypocrisim sapit. Aptan-
da est vestis, maximè circa pe-
ctus per applicationem ad col-
lum,

Ne sit
distingui-
ctu ha-
bitu.

lum, ne collum ipsum usque
ad pectus vel interiores panni
hominum respectui exponan-
tur, quod irreligiosum est val-
de. Cavendum est circa por-
tandi modum, ne quis peref-
fluat: ut si os sub caputio vel
mentum abscondat; si domina-
rum more tunicam à lateribus
tenendo incedat, aut manum
in sinu tenens tunice manicā
exteriorū pendere permittat.
Quando enim manum in sinu
vel ad horam ponere cogit ne-
cessitas, à manu altera præsum-
pta tunica cautiùs est tenenda,
ne pendeat indecenter, ut ma-
num in sinu teneri vix à proxi-
mè astantibus percipi valeat.
Ambas autem manus in sinu
tenere quam irreligiosum sit,
palam omnibus est: cum velu-
nam diu teneri vix excusat ipsa
necessitas.

necessitas. Emortui est corporis, membrorumque officia exequi non valentis, manicas nō regere defluentes. Et quidem cùm interius à sua custodia solvitur mens, & membra foris ad omnem actum inordinatè movetur, & tam in vestibus, quam in aliis disciplinæ cura negligitur, in cōpositio corporis qualitatem indicat mentis. Sunt & alia circa modos portandi vitanda. Sunt (inquit quidā) stulti, qui quodam officioso artificio, vestimenta sua circa se componunt. Alii jaētando & ventilando pannos suos, levitatem mentis suæ, ex ipsa sui habitus mobilitate ostendunt. Alii incedētes sanguoso syrmate terram verrunt, & limbis dependentibus, imò retrò consequentibus caudis, in similitudinem

*Ne ter-
rā ver-
rat.*

dinē vulpium vestigia sua obducunt, & quocumquē perrexerint, quasi turbo tempestatis pulverem concitant.

4. Dispositio habitus aliquādo ratione operis, aliquando ratione consortii variatur, respectu quorum habēda est cōsideratio disciplinæ. Ad exercitium operis tam propter ex-
peditionem, quam propter cu-
stodiam munditiæ, honesta, stium.
In ope-
re alia
compo-
sitio ve
stium.

prout res exigit, præparatio
vestis requiritur; ut scilicet
quātū necesse fuerit succigatur.
Manicæ verò retrahantur, &
prout expedierit componantur,
ne super manus vel super
rem ipsam, quæ tractatur, reci-
dant indecenter; præcipue ad
privatas custodiendæ sunt ma-
nicæ diligenter. Dispositio hu-
jusmodi tolerabilis, imò com-

mendabilis est in privato, quæ tamen in publico maxime coram extraneis non est decens. Quando ergo coram extraneis, aut coram conventu proceditur, quantum res patitur, ad dispositionem communem est habitus, tam in manicis, quam

**Caput
in con-
ventu
eperi-
eum.**

in aliis revocandus. Caput si nudum fuerit, caputio cōgruit operiri. In omni siquidem publico loco, sive chorus, sive refectorium, sive aliūs fuerit locus, fratrum cōgregatione præsente, & multo magis inter extraneos, operto decenter capite, religiosus incedat, nisi ob reverentiā alicujus ministerii vel personæ aliter sit agendum. Non est tamen caputium sive coram fratribus, sive coram extraneis, nimis in capite sine rationabili causa profundandū.

Operta

Operta sub caputio facies, quādā hypocrisis notam infert, & aliorum in se oculos sua singularitate convertit. Decet ergo caput in publico, non faciem operiri.

5. In lotione quoquē pedum, ille cui pro Christo tale ministeriū exhibetur, operto, si potest cōmodè capite, humiliter & sine multiloquio debet esse, & charitatis obsequium cum timore ac devotione suscipere. Nec debet quis ibi vel alibi tibias nimis exponere: sed magis tunica circumcingere diligenter. Turpe est enim religiosis personis, carnium nuditate occurrere. Cavet omnis honestus, ne ejus unquam apparet caro nuda, nisi quantum compulerit necessitas manifesta. De Sancto legitur, quod

De lotione
pedum.

Reserat cùm necesse haberet fluvium
Athan: in vita trans vadare, rogavit socium
S. Anto suum ut paululum à suo sepa-
nii, de raretur aspectu, ne suam invi-
S. Am- mone, cem corporis nuditatem uter-
qué conspiceret. Recessit so-
cius: nihilominus tamen ille
seipsum cùm nudare se vellet,
erubuit. Ipsum tamen hæc co-
gitantem, in alteram fluvii ri-
pam virtus divina transposuit.
Hanc haud dubium honestatē
Dominus acceptavit. Pannos
quoqué interiores, & quæ ul-
tra communem seu regularem
formam sive in vestibus, sive in
aliis indulgentur, quantum ne-
cessitas patitur, occultari oportet.
Unde nec almutia palam
extra caputium religiose por-
tantur.

6. Restat de usūs habitūs cō-
tinuatione, & munditiæ in eo

con-

conservatione videre. Usus ha-
bitūs, prout habitus pro spe- Habit⁹
ciali signo religionis accipitur, non de-
continuus debet esse: ut reli- ponēd⁹
giosus frater non sit, vel modi- unquā.
cum sine ipso, nisi necessitas e-
videns eum cogat, fæcularis
personæ nuditas, & religiosus
sine habitu comparantur.

7. Cavendum etiam ne habi- Nec in-
tus, dum sedetur, aut genuflecti- quinā.
tur, aliquam inquinamenti ma- dus.
culam contrahat. Et si quam
propter aliquā causam aliquā-
do contraxerit, vel propter su-
dorem, mundificari citius de-
bet; maximè si in loco fuerit
apparenti. Propter hoc immū-
ditia illa, quæ in oris caputi i cir-
ca genas contrahitur ex fudo-
re, debet cum diligentia remo-
veri. Fœda est religio, quæ ini-
titur fœditati, culpatur qui-

*S. Bon: Spec: Discip:
dem & cultus mūditiz nimius
& neglectus.*

*De disciplina in officinis inter
fratres*

C A P U T XXVI.

i. **D**Enique in officinis, ma-
ximè in refectorio, in o-
ratorio, dormitorio, cæterisq;
quæ consuevit frequentare cō-
ventus, etiam ad latrinas disci-
plinatè se habeat & quietè. Nū-
quam per susurrium & tumul-
tum occasione operis alicujus

Sine tu-
multu-
omnia
agèda.

fratres orantes, studentes, aut
quiescentes impedian. *In ora-*
torio nemo aliquid agat, nisi ad
quod factum est, unde & nomen
acepit. Unde si forte aliquide-
siam præter horas statutas, si eis
vacat, orare voluerint, non eis
sunt impedimento, qui ibi aliquid
agendum putaverint. Cūm per
dormi-

Aug:
reg:
cap: 7.
Orato-
rium.

dormitorium fratribus quie- Et in-
scētibus vadunt, non plane, ceden-
imò quasi furtive incedant. Pa- dum.
rando lectum vel alio quovis
modo, quiescentes reprehensi-
bilem inquietant. Surgentes à
lecto, ipsum decenter operiāt,
ne velut irrationalium cubi-
le remaneat imparatum.

2. De privatis loqui si cui turpe videtur, turpius noverit ibi
aliquid committi. Ibi non congruit, ut quasi mox ge-
licidio perituri, amictus accef-
forii sarcinam deferant. Ibi re-
ligiosus cum summo silentio &
operto profundè capite debeat
esse. Ibi confabulari, & præ-
ter necessitatem hac & illac ca-
pite discooperto respicere, re-
ligiosorum esse nō dixerim, sed
scurrarum. Ibi servanda in
manum & vestis dispositione

honestas. Ibi honestus quisquis diligent opera cavet, ne peripsum, aut per ejus incuriam aliquis offendatur. Ibi cavendum est eis, ne stantes urinent, vel a loco minus honeste recedant. Sed nec per hortum est facile urinandum, vel alibi ubi a sociis aut ab aliis videri possint: quia, ut ait quidam. *Multa possunt honeste fieri, quae non possunt honeste videri.*

~~Nusquam standū otiosē.~~ 3. De singulis ad disciplinam per singulas officinas & loca spectantibus, vix aut nunquam singulariter posset edisseri. At multa tamen haberi potest disciplinæ consideratio ex praeditis. In ostiis, aut officinarum, aut ubi fratrum communis est transitus, maximè circa privatrum introitum, unde ad necessaria euntes & redeuntes respici

spicī possunt, nunquam honesti fratres faciant stationem.

Quādo etiam intrāt. & exeunt,
officinarum secretiorum ostia ^{Extra-}nei ab
post se claudant: ne superve-arcēdi.
nientes extranei & intrantes,
fratres inveniant imparatos.
Nunquam extraneos licet familiares ad visitandum officinas invitent. Si quando tamen ad aliquorum instantiam eas ostendere permittantur, domos tantūm cōmuniores, non intra per singula loca seu angulos peragrando: sed ab ostiis expedite, quantum honestas permiserit ostendentes, quidquid eorum aspectui subtrahere poterūt, subtrahant & furarentur. *Non est religio, ubi omnibus omnia patent.* In locis communib[us] ubi fratrum occurrit frequentia, nullo mo-

S. Bon. Spec. Discip:
do detineant adventantes. In-
firma hæc parvulis exprimens,
grandium ocilla non vito: sed
ubi proficit, parviducendus est
illusor.

*De modo conversandi in omni
loco sacerdotalium*

C A P U T XXVII.

I. **N**unc videndum est qua-
liter in villa, itinere, Ec-
clesia, domo, locutione, & co-
mestione sit novis fratribus in-
ter extraneos conversandum.
Si quando exeunt domum, ha-
benda est eis custodia discipli-
næ respectu societatis & sui.
Societatis solatium, & hone-
stas religiosæ convenit dignita-

Socio seniori. Propter hoc in villa, præci-
seniori pùè senioris, cum quo fuerint
sèper in hæredū vestigiis semper inhærentes, se
juniori ab eo etiam sub uno tecto nul-
late-

Ad Novitios Pars I.

12

Iate nus separent: quin ad mi-
nus videri semper ab ipso libe-
rè possint.

2. Scipios autem quantum ad ^{Cautē} & hone
circumspectionem, locutionē, ^{slē cum}
habitus & membrorum dispo- ^{factulatō} ^{rib⁹ cō}
sitionem in disciplina conti- ^{versan-}
neant. Non circumspiciant in ^{dum,}
vicis civitatis, ut Sapiens do-
cet: *avertat oculos suos, ne han-* ^{Eccl: 9.}
riat vanitates. Et à ^{7. Psal:} ^{118.37}
seculariū collocutionibus prudenter ab-
stineant. Manus suas religiosē
componant. Nunquam inter
homines discooperto capite,
vel almutiati, vel aliās indisci-
plinatē incedant. Sed nec sæ-
cularium vel religiosorum do-
mos subito eis ignorantibus in-
trōeant: sed vocando ab ostio,
vel pulsando, seu aliās quoquo-
modo propositum seu volun-
tatem ingrediendi pronūciēt.

192 S. Bon: Spec: Discip:

Eccles: Vir eruditus (ait Sapiens) fo-
riis stabit. Sed nec sine ductore
per sacerdotalium domos, vel per
religiosorum officinas est va-
gandum.

*De modo conversandi in itinere
constitutis*

C A P U T XXVIII.

1. **S**i fuerint extra domum in
itinere constituti, & quā-
tum ad societatem, & quantum
ad seipso cautē se debent &
religiosē habere. Quantum ad
Caveat societatem, debent sibi à mu-
malo- lieribus, à scurris, & ratione
rū socie périculi, à personis de malefi-
tatem. cto notatis attendere. Talium
personarū societas singularis,
religiosis viris nisi fortè ad ho-
ram pro salutis animæ causa,
non convenit. Debent se tamē
prudenter à consortiis hujus-
modi

modi segregare. Ipsi autem fra-
tres in itinere se ab invicē nō
debent nimis disjungere, quin
ad minus mutuo se videre &
audire facile possint. Non
est tutum aut decens religio-
sis, quos congruit binos ire, al-
terum ab altero longius sepa-
rari, talisque separatio eis in
periculū, & occurrentibus ce-
dit in scandalum.

2. Quantum ad seipso debent
in factis & verbis disciplinatè
se gerere. In factis debet hone-
stas, devotio & discretio appa-
rere. Propter honestatem dis-
solutiones tam manuales, quam ^{In fa-}ctis sint
alias, quæ cursitando vel ali-
ter quomodolibet fieri possunt,
penitus vitent. Multa enim ex
hoc inconvenientia (ut exper-
tum est) possunt sequi, homi-
nibus frequenter, de quibus nō
adver-

S. Bon: Spec: Discip:

advertisit, videntibus quæ aguntur. Non sunt brachia notabiliter denudanda, nec vestes nimium succingendæ, vel aliter irreligiosè tenendæ. Cæterum ad devotos pertinet fratres Ecclesiis quādo transeunt juxta ipsos; necnon & crucebus, devotis inclinationibus reverentiam exhibere: cœmeteria verò absq; oratione pro defunctis nullatenus pertransire. Discretionis est, agenda quæq; prævia deliberatione metiri, & non agenda cavere: quia qui de futuro nihil præmeditatur, omnia incautus incidit. Modo ante derandus est per senioris cōsiderationia, lium labor itineris, ne spiritū vēdū of devotionis extingvat. Audiēficiū da est Missa, sanctaque exhortationis pro populo si assuerit sermo faciēdus. Et ante omnia

*Et Di-
screti.*

*Missa
audiē-
derandus
omnia,
& al. sol.
vēdū of
devotionis
divinū.*

sem-

semper in primis divini pensū officii devotē solvendum, ne fratres se magis cursores quām religiosos exhibeant, & cōtra religionis propositū de acces- sorio principale facere cōvin- cantur. In solemnioribus fe stis est ab itineratione cessan- dum. Cavenda est per vias dor- mitio, tanquam periculosa & tandū. indecens, nec est tardè vel a- pud infames hospitandum per- sonas.

3. Disciplinam verborum de- Itinerā
bent attendere tam in materia tibus
quām in sono. Si occurrerint quid,
homines, debent eos humiliter quomo-
salutare. Seniorum erit coiti- do lo-
nerantibus & his, cū quibus ali- quid quēdū.
quando loqui contigerit, ali-
quid ad ædificationem vel cō-
solutionem proponere. Pec-
cantes in eorum præsentia non
rigi-

rigidè sed cum modestia & humilitate corripere, & ad bonū per rationes & dulcem allocutionem inducere, & quodam-

Marci modo omni creaturæ sanctum
16. 15.

Act. 8. Evangelium prædicare. San-

38. ctus Philippus Eunuchum in itinere baptizavit. Beatus Mar-

Sulpit tinus Iatronem secum itinerā-
in vita

S. Mar- tem convertit. Si verò non af-

tini fuerint homines, de Deo verba

paulo fratribus convenit esse: ipse nā-

post pri cip: quē itinerantibus & loquenti-

De Deo bus de se discipulis, itineratio-

loquen- dū in i- nis factus est comes. Tunc e-

Iuc: tinere, exempla Patrum, vel alia quæ-

14. 25. vis bona, quæ vel accendant

assectum, vel saltem in-

struant intellectum, sunt ad

laboris alleviationem narran-

da. Turpissimum est, nescire

tempus nisi frivolis & fabulo-

sis narrationibus detinere. *Væ*

facien-

iacentibus de te Domine; quoniā August:
loquaces muti sunt. Solent fra- 1. Cōf.
tres Litanias, Psalmos pœnitē- 14.
tiales, canticum graduum & dum.
similia, aut simul aut singulari-
ter frequentare, & maximē an-
te tertiam, aut certè in sanctis
meditationibus occupari.

4. Deniquē quoties mutuæ Mode-
collationis verba interveniūt, flē lo-
sonum omnino deget esse de-
missum. Proinde clamosam lo-
cutionem, quæ nunquam de-
cet religiosam personam, peni-
tus vitent: maximē inter fru-
teta & nemora existentes. Si-
quidem juxta vulgare prover-
biū: *Nemus aures, & camp⁹*
seu planicies oculos habere di-
cultur. Ab omnibus ergo quæ
coram sacerdotalibus dicere no-
nunt, in locis dumosis & nemo-
rosis omnino abstineant: nisi
forte

fortè aliquid quasi sub silentio
& Latinis verbis dicere velint.
Miserabiles confusiones qui-
busdam minùs cautis pluries
ex hoc accidisse feruntur.

Nō cā- 5. Non canet in itinere, ma-
tādū in ximē in cantussecularium can-
itinere. tōnum aliqua liet bona, cum
laici non intelligent nisi sonū.
Et præter hæc religiosum non
decet in cantu extraordinariè
vocem efferre. Si qui fortè
dissolutiones aut clamoras di-
sputationes, verborum alter-
cationes vel alia, quæ offensio-
nis materiam extraneis dare
possunt, vitare inter homines
negligunt, nequaquam eos ti-
moratos dixerim, aut zelum
religionis habere. Qui religio-
nis suæ scandalio non occurrit,
honorí proprio detrahit & sa-
luti. Qui fidelis religionis est
filius,

Nota,
nota.

filius, nequaquam ejus scandala-
lum parvi ducit.

*De modo conversandi in Eccle-
sis sacerdotalium*

C A P U T XXIX.

I. **P**Ervenientes ad religioso-
rum vel sacerdotalium loca, Ex iti-
cūm ad Ecclesiā, si in loco fue-
rit, veniunt, in ingressū Eccle- nere Ec
siæ illum secum versiculum me omniū
morantes. Introibo in dominum Ps. 3. 1.
tuam, adorabo ad Templum
Sanctum tuum in timore tuo:
& nudato capite signum crucis
super se cum reverentia faciē-
tes, ante altare vel in alio loco
orationi congruo, ad quem de-
clinaverit senior, prosternere
se humiliter debent. Ubi quā-
tum Deus dederit devotè oran-
tes, pariter ab oratione surgen-
tes, procedere poterunt ad ea,
quæ

quæ necesse habuerint juxta propositum exequenda. Ecclesiam namqué, sicut Evangelici & Ecclesiastici viri, semper priùs si commodè possim⁹ visitare debemus, Sanctorum Patrum, qui nos in ordine præcesserunt, imò ipsius Salvatoris exemplo; quem beatus E-

Matth. vangelista Matthæus, Hieru-

23. 12.

Joan: 2. salem civitatem ingressum, re-

14.

fert, Templum Domini adiisse.

Super quem locum dicit expo-

Glossa sitor, quod ingressus urbem pri-

ordin. mò Templū adiit, dans formā

in Mat: religionis: ut quoquo imus, pri-

mū domū orationis, si ibi est,

adeamus.

Missā 2. Missarum etiam solenniis

& offici- vel alias divino officio cum ex-

cium divinū traneis assistentes, gerat se hu-

cū aliis militer & honestè. Non stent

faciat. in sedibus suis velut magnates,

aut

aut quasi laici lassí, de officio non curantes: sed ad librum si necesse fuerit honestè poterunt accedere, officiantes, cum maturitate tamen ac modestia tā in voce, quām in gestibus observata, humiliter juvēt. Quod si propter evitandū discursum ad librum non duxerint accendum, nihilominus tamen communia quæ noverint poterunt cum aliis honestè sine nimia vocis exaltatione cantare. Ad cantandum autem aliquid sequestratū, sicut est Alleluja, responsorium, vel aliud quodlibet, nequaquam cum sæcularibus se continent, si vitare poterunt bono modo.

3. Tunc etiam non solum in prædictis, verum etiam in honesto se habendi modo, quantum ad disciplinam aspiciendi, loquen-

Oculi
custodi
endi &
lingua.

loquendi, habitūs & uniformitatis honestatisq; custodia est habenda. Reprehensibile est ibi vagis circumspicere oculis, aut collocutionibus, dum Missæ officium celebratur intende-re: quod tunc etiam sacerdotalibus Clericis jus Canonicum interdicit, aut per aliquam rem, habitus sacerdotalem præten-dere. Unde ibi non decet caputium inter homines extrahi, nisi ad Evangelium, vel ad alia pro quibus ex approbata consuetudine communiter fieri consuevit.

Cōfor-
ment se
aliis.

4. Denique propter unifor-mitatem, dum intersunt offi-cio solliciti sint circa duo. Unū est, ne diversitate sua in his, quæ ab honestate non discrepant, alios scandalizent: ut videli-cet ad Magnificat in Vesperis,

ad

ad Quicunquē vult, in Prima,
vel ad alia hujusmodi, cæteris
cum reverentia stantibus, ipsi
non sedeant, licet illud officiū
tunc ipsi non dicant. Aliud est,
ut in stando, sedendo, & se
prosternendo sint invicem uni-
formes, ut pariter stent, sede-
ant & se prosternant. Qui cor
unum & animam unam debet
habere, disformes exterius non
debent esse. Uniformitas mo-
rum, uniformitatem juvat &
indicat animorum. Senioris Seniori
consuetudini debet se socius se con-
formet junior.
humiliter conformare.

§. Religiosorum morem cum
eis officiantes servamus, cum
aliis inclinationum ritus igna-
ris, festivo tempore ad omnes
collectas vultu ad altare verso
cum reverentia stantes: ad B.
Virginis & Sanctorum dumca-

xat,

xat, qui speciali ex more vene-
ratione coluntur nomina, in-
clinamus. In feria verò simus
ad omnes orationes prostrati.
Ad Præfationem semper, &
quando dicitur Agnus Dei, mo-
ris est stare. Verumtamen si
Missa
nusquā
varian-
da.
quando apud extraneos dux-
rint celebrandum, modum Or-
dinis sui in celebrando unifor-
mitatis occasione non varient,
nec ipsum dimittant, nisi aliter
facere cogat necessitas: ne ve-
lut instabiles & modum pro-
prium non habentes, cum va-
riis Ecclesiarum consuetudini-
bus temerariè varientur. Pos-
sunt tamen in benedictionib⁹
post Missam, juxta morem pa-
triæ faciendis, & in omnibus
hujusmodi quæ modo non præ-
judicant regulari, Ecclesiarum
in quibus fuerint, consuetudi-
nes observare.

De

De disciplina in hospitio servanda

C A P U T XXX.

1. IN hospitiī domo cūm fuerint, studeant se in omnibus gerere humiliter ac prudenter circa custodiam disciplinæ, humilitatem erga personas in conversatione ostendant; personis majoribus humiliter deferant, personis humilioribus Major: deferē- & pauperibus tanquam confratribus suis, socialiter & benignè loquantur. Conversatio quoquā signum aliquod superbiz non prætendat. Nunquā ad prima se ingerant loca, nec tamen ad ea vocati prorsus refugiant. Senioris tamē fratribus, quem præponere debent, semper in omnibus honore servato. Quod honori vel certè deliciis deservire videtur, humili-

liter utiq; declinatur, & honesta modestia recusatur. Ubi autem senioris aut socrorum accedit instantia, cedere magis quam diutiis repugnare oportet. Parendo potius quam obserفاتur humilitas. Reprehensibilis difficultas, ubi palam nutui obviatur senioris.

Nō molestandi hospites.

2. Lectos sacerdotalium non ascendant indifferenter per diē: nec familiā hospitii obsequiorum exactione molestent. Decet pauperes paucis esse contentos: ipsique necessitati est pro loco & tempore detrahendum. Nunquam hospitum familiaritas, vel alicujus affinitatis propinquitas presumptiōnem inducat: ut in domo præcipere, curiosa quærere, aut defactis domūs vel familiæ indagan-

gandis vel disponendis se ite-
rum intromittere velint, qui
propriæ rei familiaris curam,
ut Deo servirent liberius abje- Matth:
cerunt. 10. 16.

3. Prudentiam quidem neces- Prudē.
sariam habent, ut sint in suicu- tia est
stodia circumspecti, unde Apo- opus.
stolus, *In sapientia*, inquit, am-
bulate ad eos, qui foris sunt. Et Gal: 4.
Dominus, *Cavete*, inquit, ab 4.
hominibus. Cautè ergo in disci- Matth.
plinæ censura non solùm in pu- 10. 17:
blico, verumetiam in privato
se habeant. *Nullum*, (ait qui-
dam) *putaveris locum sine teste.*
Narrabat quidam frater, se in Nullus
quibusdam sacerdotalium domi- sine te-
bus occultas deprehendisse fe- stelō-
nestras, per quæ ea, quæ in do- cus.
mibus illis existentes agebant,
ipfis non percipientibus pote-
rant apertè videri. In æstate

S. Bon: Spec: Discip:

meridiano tempore dormitionis jacentes, aliquod si possunt super habitum operimentum, saltem usque ad cingulum habent: ne quando dormiunt, eos indecenter quidē inter homines discooperiri cōtingat. Erubescēda nimis quibusdam ex hoc accidisse feruntur.

4. Habenda ubique prudētiæ circumspectio & cautela circa personas, loca, negotia, & res, si quas habuerint, reponendas.

Perso- Circa personas, ut se nimis ho-
næ at- minibus non committant, quā-
tēdēdx. tumcunque familiares fuerint aut propinqui. Attendant sibi in omnibus, quæ dicunt aut fa-

1. Cor: ciunt. Spiritualis ille, qui o-
3. 15. mnia dijudicat, & ipse à nemine judicatur, omne opus suum tri- na quadam consideratione præ- yeniet. Primum quidem, an
quod

quod possit liceat; deinde an Cōside-
deceat; postremo, an expediat. rādū an
In omnibus semetipsos sicut iiceat,
Dei ministros exhibeant. Sint deceat,
in aspectu, gestu, & omni a- Ex Ber.
ctione sua serii, religiosi & mo- 3. de cō
desti sicut decet Sanctos. Ve- sidera-
runtamen modus quidam est in med:
religionis: superstitionum ideo 2. Cor.
esse nimis non oportet. Dabit- 6.
congruum inter homines mo-
dū discretio personarum. Sta-
tus & qualitas hominum diffe-
rens, differentiam exigit con-
servari. Habet se prudens cum
differentibus differenter, cum
omnibus tamen cautè. Erit
simplex non stolidus, humilis
non dejectus, mansuetus non
blandus, hilaris non lascivus,
affabilis non vaniloquus aut
scurrilis. Quinimo interest sa-
pientis, sic (si res exigat) ari-

remissio gore interdum remitti, ut mo-
aliquā- dum tamen modestiæ nec in i-
do pro- batur. psa remissione dimitat. Potest
gravitatis censura remitti pro-
tempore non dimiti. Impu-
tanda tamen remissio, ubi nul-
la decentiæ vel utilitatis inten-
tio. Prudens Dœmini servus,
utilitatis fructum ex sua novit
remissione afferre. Ad hoc quo-
niā attendenda est honestatis
congrua personarum honestas,
honestioribus semper adhæ-
reant.

**Mulie-
rum ta-
ctus &
obſe-
quia nō
admit-
tenda.**

5. Mulierum tam propinquarum quam aliarum cautè pro-
ut poterunt societatem decli-
nent, earumque familiare ni-
mis obsequium & tactum o-
mnino refugiant. Nulla ratione
fustineant, quod pedes sibi à
muliere laventur. Nudam au-
tem manum mulieris tangere,
vel

vel ad ejus caput vel corpus u-
bilibet absq; necessaria & evi-
denti causa manum extendere,
ab omni prorsus religionis ho-
nestate quis dubitat alienum?

Quando religiosus cum mulie- Quo-
re sedet aut loquitur, manus modo
suas occultare & ad se retrahie- eis lo-
re debet, quas etiam quando- quēdū.
cunquē cum personis extraneis
loquitur, simul junctas, & ve-
lut in vicem colligatas, vel alias
religiosè decet haberi. Locutio Nullæ
disciplinam requirit. Nunquā oscula-
mulierem quantumcunq; sibi dx.
affinitate conjunctam, sive so-
norem, sive neptem, quantum-
cunquē pueriles, sed nec facile
matrem propriam osculentur.
Fugiant omnino fæminea oscu-
la milites CHRISTI: cùm
osculum etiam viris offerri nō
deceat, nisi fortè ubi de pro-

S. Bon: Spec: Discip:

prio patre vel alii honestis personis, moris exactu, sine scandalo vitari non potest. Religionis personam, religionis honestas os indifferenter osculis communicare non patitur. Denique periculo animæ mulierū

vide S. habetur societas. Igitur (ut *Bonav.* docet quidam Sanctus) ubique in hist: *S. Frac.* gustanda est cum mulieribus c. 5. non continuanda præsentia: sed quasi transeunter fæminis exhibenda est accessio quodāmodo fugitiva. *Tutius est non posse perire, quam juxta periculum non perisse.* Illum autem nec castum dixerim nec honestum, qui mulierem aut tangere, aut tactum ejus admittere non abhorret. Quomodo enim tangere licet, quod intueri non licet? Ad custodiendam coridis munditiam, exterior quo-

*Sentē.
tia D.*

Hier: t.

I. ep.

47.

*Nec tā-
gendæ.*

qué sensuum disciplina est ser- Loca
vanda. suspe-
cta cau-
tē vi-
tanda.

6. Loca igitur quæ periculi vel suspicionis materiam dare possunt, cautè declinent: nec soli cum muliere in locis hujusmodi vel ad modicum morentur. Domina quædam (ut fertur) dum duo religiosi ad ejus domum divertissent, alterum seorsum vocavit in cameram, quasi secretò aliquid sibi locutura, quem ingressum mox ad turpitudinem provocans, asseruit firmiter se continuò contra ipsum quasi ei violentiam inferentem, nisi statim sibi acquiesceret, clamaturam. Tunc doctus à Domino frater, antequam mulier in vocem clamoris prorumperet ad fratrem cōfocium, qui cū pluribus personis in atrio domūs erat, alta

Nota.

voce clamavit, librum sibi cō-
tinuò afferri requirens: sicquē
adveniente fratre, necesse ha-
buit mulier ab hujusmodi, ne-
faria solicitatione cessare &
frater hominum confusionem
evasit. Nonnulli ob causam si-
milem confusi turpiter, & ver-
berati graviter fuisse dicuntur.

*Prov: Qui autem cavet laqueos, securus
11. 15. erit: qui autem non cavet, est
aut stultissimus aut perversus:
nec est ejus excusatio admit-
tenda. De nocte si per domos
hospitum ad necessaria exeunt,
simil quidem & cum lumine
ut filii lucis eant.*

Nō im- 7. Cæterū de mundanis sæ-
plicādū cularium negotiis expediēdis,
ſacula- religiosus temerariè se non de-
rib: ne- gotijs. bet intromittere. Si de animæ
negotio agitur, apponendum
est quidem & petendum con-
ſili-

filium ab his, qui habent officiū & peritiam consulendi. Aliás non est militantis Deo, se iterum occasione propinquorum vel amicorum sacerdotalibus implicare negotiis, quæ mundo moriens abdicavit. *Impius est, qui animæ suæ pro parentib⁹ suis est crudelis.* Sed nec sacerdotali litteræ ad portandum vel præsentandum alicui recipi debet, nisi de ipsarū tenore opus forsitan aliquod pietatis habente constiterit. Nec veris religiosis expedit, quod verborum etiam sine litteris pro negotiis hujusmodi bajuli siant, vel internuntii. Sed si super talibus requirantur, hoc per alios, quos deceat, fieri replicent.

Fratres nō sint nuntii aut litterarū bajuli.

8. Circa rerum custodiam, si ve libros sive alia secum detulerint, nequaquam negligentes

Res sū as custo diāt diligēter.

existant: sed omnia, libros præcipue, antequam illa deponat de manibus vel de sinu, certæ fideliq; personæ commendent, quæ à suibus & canibus, qui libros, ut experientia docuit, destruunt, & coopertura non obstante corrodunt, custodiat diligenter. Ipsæ quoqué personæ, quibus res hujusmodi committuntur, sunt super his instruendæ. Noctibus tamen cōsultiūs propter pericula, in loco certo & propinquò habentur. Nam quidam, quos recom mendaverat libros, repento superveniente incendio perdidit.

*De disciplina verborum inter
sæculares*

C A P U T XXXI.

I. **D**isciplina in verbo est ju nioribus & novis, præcipue

cipuè inter extraneos observāda: ut tardè, caute, ac demisfa voce loquantur. Tardè, ut usqué ad interrogationem ^{Tardè} ta-
ceant, interrogati responsione ^{loquē} dum. seniori relinquunt: nisi fortè in speciali super levibus, maximè ad propriam necessitatem spe-
ctantibus, ut de cibo & potu & similibus requirantur. De ta-
libus potest quisqué pro se, nō tamen pro socio sine ipsius af-
fensu respondere. Communem requirit assensum respōsio, quæ de communi necessitate pro-
fertur.

2. Cautè, ut cum præmedita- Et cau-
tione loquantur: ut primò *bis* ^{tè.}
ad limā, quām *semel ad lingvā* ^{bis ad} *limam*
veniat sermo: maximè si senio- ^{antequā}
re fortè occupato, de Ordine, ^{ad lin-}
de personis absentibus, de ru- ^{gvā ser-}
moribus vel de notabilib⁹ aliis ^{mo ve-}
niat. ^{niat.}
requi-

requirātur. De factis Ordinis, ut de modo jejunandi, de silen-
tio, vel de aliis requisiti se no-
vos in ordine dicant, seniorem
requirendum prætendant, ne
fortè dum sapienter & bene re-
spondere se putant, stultum a-
liquid & quod omnino dici nō

Secreta ordinis oporteat, dicant. *Secreta Ordinis* quantumcunque religio-
non re-
velāda. so vel familiari non revelent:
nec statutum aliquod publicēt,
nisi quod fortè commodè cela-
ri non potest. Id ipsum autem
non statutum, nō præceptum,
sed tantūm Ordinis intra do-
mum consuetudinem vocent,
ut per eorum responsum ten-
tionis debitum excludatur ex-
tra domum: ne sacerulares, si
quando contrarium viderint,
reputent fratres sui Ordinis
transgressores, cùm tamen mul-
ta

ta possint licetè ex ordinis vel superiorum dispensatione mutari. Ordinem nostrum nūnquam ad particularia descendendo, sed si necesse fuerit, in generali solum, absqué aliorū ordinum collatione vel obtrectatione commendent. Pessimus laudandi modus, seipsum cum aliorū injuria prædicare. Pessima vitii corruptela detractione, quæ animam maculat, Deum offendit, proximū scandalizat.

3. Et quia, ut scriptum est, *Vitāda Sermo obscurus in vacuum non detra-
ibit, & tumultus murmurationē* Sap: I. <sup>detrac-
tio.</sup> non abscondetur his coram, qui-
bus detrahitur, scandalum ex-
citatur. Constat autem ubi ve-
ritas & veritas necessaria in
causa non est: nec licetè scan-
dalum quodlibet posse à quoli-
bet

bet committi, nec justè præcipi, nec innoxiè consentiri. Si de personis absentibus præser-tim religiosis sinistrè aliquid suggeratur: semper pro absen-tium parte loquentes, nullo modo ad favendum detractori-bus inclinentur. Accidit ali-quando quosdam magis ad ten-tandum, quam ex animo de his obloqui. Narrabat, ut fertur, senior quidā fide dignissimus, ad se quandoq; sacerdalem ve-nisse, qui adversus quosdam re-ligiosos plurimum invehivide-batur. Cui frater viriliter se opponens, eum quoties adve-nit, eadem semper constantia, repulit, & incusatos pro viri-bus excusavit. Miratus oblo-cutor benevolam senioris cō-stantiam, aperuit tandem se id ad probandum de mutua illo-rum

rum Ordinum charitate fecisse; adjiciens se Ordini senioris istius, qui pro aliis advocabat, cum quodā priūs incusati ordinis fratre ob causam similem oblocutum fuisse. Fratrem autem illum oblocutionis verba, in primis aliquantulum, deinde verō remissius, refellentem tandem obloquenti cessisse: super quo idem sacerdotalis non modicum offensus, apud illos non esse charitatis veritatem asseruit, qui ad invicem detractiōnem admittere non curassent. Deniq; religiosus non est, qui detractiōnibus pascit, aut paſcitur alienis.

4. Caveant etiam ne sint rumorū licet bonorum & veriſimilium delatores. Religiosos viros paſſim rumigeros esse nō decet. Falsitas, quæ frequenter tissi-

S. Bon: Spec: Discip:

tissimè rumoribus inest, vel
quæ per secundarios relatores
apponitur, primis earum au-
ctoribus imputatur. Hinc est,

Cato. *Rumores fuge; ne incipias novus*
Sermo religio- *author haberis.* Sint in locutione
si qua- honesti & ferii, nec se in saecu-
lis. laribus & ad risum moventi-
bus verbis saeculares ostendat.

Servum Dei, de Deo loqui de-

I. Pet: cét, ut fiat quod scriptum est,

4. II. Si quis loquitur, quasi sermones
Dei. Alioquin verba vana,
mentis aperiunt vanitatem. *Ex*

Matt: 12 34. abundantia cordis os loquitur.

Sup: c. 20. in tione attendant, ut prout ta-

Princi. Etum est alibi, sit demissus pa-

Vox re- riter & svavis. Vitiosissimus

ligiosi planè religioso loquendi mo-

submis dus, si notabiliter suam in lo-

fa & quelia communi vocem exal-

svavis sit. tat. Sufficiat ei, quòd proximè

ei astan-

ei astantes possint loquentis intelligere verbum. Sapientis est loqui s̄aviter & demissè. Nox autem amplioris vocis depref-
fionem requirit. Nox est tem-
pus silentii & quietis. In nocte
maximè post Completorium
in alta (ut priùs) verba erūpe-
re, silentii gravitate neglecta,
ſecularium est, religionis non
curantium honestatem. Pro-
inde honesti fratres ubicunq;
fuerint, religiosè semper in qui-
bus potuerint, ac si essent in
fratrum collegio cum silentii
ſui observatione permanebūt.

De disciplina comedendi inter ſeculares

C A P U T XXXII.

1. PRæcipue decet, ut cum
extraneis comedentes ho-
nestè ſe habeant: ut nec in ci-
bo,

bo, nec in modo comedendi
vel mora, aut in aliis, quæ dis-
conveniunt super mensam, ut
est verborum multiplicatio;
aut exterior corporis vel habi-
tus dispositio inhonesta, pos-
sint de irregularitate notari.
Cibus
modo
rat⁹ sit. Circa cibum attendant, quod
propter quantitatem vel qua-
litatem, de gulæ vitio judicari
non possint. De primo Sapi-
ens ait, Utere quasi homo fru-
Eccl:
31. 39. gi bis, quæ tibi apponuntur: ne,
dum multum manducas, odio ha-
bearis. Unde inter fæculares
non expedit appositam semper
portionem totam comedere,
aut penitus evacuare scutellæ;
ne forte magis id homines vo-
racitati, quam necessitati at-
tribuant.

Pot⁹ sit 2. Inter cætera est habenda
parcior semper temperatia circa potū.

Turpis-

Turpissimum enim est, si de nimia potatione notentur. Religionis quivis insignia præferens, meribuli nomen ignominiosè fortitur. Hoc vitium hominem coram Deo & hominibus vilem reddit. Ad notam hujus vitii fugiendam, cavere debent, ne post refectionem, etiam si vinum sæpiùs offeratur, frequenter bibant, aut postquam in communi potatum est, seorsim sine urgente necessitate potum in privato requirant: nec omnino quòd potus ubi dormitur remaneat patiantur.

3. Post cœnam non sunt ad ignem & pocula vigiliæ pro trahendæ. Vigilare ad ignem, gilias fitim provocat, & bibitare cōpellit: gravat corpus, exhaustit spiritum, tempus in verbis penè

Producere vi
gilias
vesper-
tinas
dehor-
tatur.

S. Bon: Spec: Discip:
 penè imperceptibili subduetio-
 ne consumit, tempestive ad o-
 rationem surgere, officii debi-
 tum devotè, ut expedit, solvere
 non permittit. Et qui serò so-
 brietas non observat senten-
 tiam, manè frequenter suspen-
 giēdus. ditur à divinis. Usitatum est
 Jerem: hosti, homines ad prunas sedu-
 36. 22.
 Joā: 18. cere. Ad prunas, Dominum

18. sprevit rex Joacim, negavit
 Petrus. Et ne nobis de noctur-
 na prædicatione ad prunas,
 propter fructum vel interrogati-
 ones hominum blādiamur,
 ad prunas Joacim quidem au-
 dit sermones Domini, sed cō-
 temnit: ad prunas Petrus de
 Christo interrogatus offendit.
 O quoties est serotinis necessa-
 ria verbis correptio matutina!
 Manè prædicant docti, serò
 concionantur indocti. Et in
 his

his omnibus honestius alibi
quam ad ignem & pocula, præ-
dicatur. Si hominum instet dé-
votio pro exemplis, senioris
intererit providere, ut narra-
tione una, paucisvè aliis, si ex-
pedit, verbis, instantiæ satis-
fiat. Verumtamen mutat in-
terdum causa consilium, nec
lex imponitur unctioni. Vi-
tanda tamen vigilia, quæ oc-
casionem verbis aut potationi
ministrat. Qui vitium cavere
desiderat, vitii occasionem præ-
caveat. Studeant ergo in cibo
& potu sobrietatem servare, si-
cut servi Dei, & religiosè vivē-
tes. Sicut omnes cupiditates car-
nis abstinētiā resecantur: ita o-
mnes virtutes edacitatis vicio
destruuntur. Immundi spiritus se-
ibi injiciunt, ubi amplius vident
cibum & potum.

Isidor.
l. 2. de
sū: bō:
c. 42.
sēt: 10.
Isid: u-
bi sup:
c. 44.
sent: 3.

Cibi
delica-
tiores
nō ap-
petēdi.

4. Circa secundū multum
attendere sibi debent: ne vide-
licet cibos appetant delicatos.
Qui vinum & pingvia diligit,
nunquam in virtutum posses-
sione ditabitur. Horum qui-
dem permittitur usus, abusus
& concupiscentia prohibetur.
Semper itaque placeat eis lau-
tioribus parcere cibis. De gros-
soribus cibis, & faciliter vel val-
de temperato potu, necessitati
ut cunq; satisfieri potest: quā-
quam & ipsa necessitas inter
homines sit artanda. *Qui* de re-
ligione cēsetur, modestiam de-
bet religionis habere: ut sit in
temperātia speculum aliorum.

1. Cor. Spectaculū facti sumus mundo
4. 9. *¶* Angelis & hominibus. Felix
abstinentia, quæ palato impe-
rat delicato. Debet vas cæle-
sti gratiæ mancipatum à sacer-

li illecebris abstinere. Non erubescant aquam pro vino petere, si habuerint, temperando quin potius erubescere debent si vinum biberint nimis forte. Aquā requirere & minus lymphato vino, vel modicum semper pro bibentis necessitate apponere, Deo placet, proximū ædificat, religiosum honestat, animæ simul & corpori est salubre. Verūm quām turpe sit pauperibus hominibus cibaria querere lautiōra, & appositis non esse contentos; de modo præparandi cibum disponere, aut quomodo præparetur requirere, potum vel cibum aliquem in speciali laudare, ut de eisdem amplius apponatur, aut suas inter extraneos medicinas ostendere, quis sanæ mentis ignorat?

In mē. 5. Modus quoq; honestus est
sa non diu mo in comedendo habendus: ut nō
randū ardenter aut cūm nimia festi-
natione comedatur vel aliās in-
decenter. Morā in mensa fa-
cere, religiosum non est. Ca-
veant ne aliis à comeditione ces-
santibus, ipsi comedendo, vel
loquendo mensam detineant:
cūm non sit hominum, sed ma-
gis pecudum, super mensam
ruminando diutiū immorari.
Possunt tamen, qui necesse ha-
bent cautē cum modestia sibi
in principio mensā aliis com-
muniter comedentibus provi-
dere.

Bern: 4. 6. Ad hoc ubiq; (ut ait San-
de cōsi-ctus) frēnanda est lingua præ-
der: in ceps. maxime in cōvīcio: ne sci-
fine. licet ad loquendum superflue
Taci- turni- vel indiscretē relaxetur. T aci-
turnitas in turnitas, ait Hugo, inter epulas
mensā. idcir-

idcirco necessaria est: quoniā lin- t. 2. in-
 gva, quae in omni tempore ad pec- stit: mō:
 catum prona labitur, periculosius c. 18.
 tamen cūm per crapulam inflam-
 mata fuerit, ad loquendum rela-
 xatur. Discretionem quoq; in
 verbis, eadem iti ratio persua-
 det. Super mensam autem cum Nō in-
 sociio loqui, aut coram illitera- vitandi
 tis, Latinis ibidē vel alibi ver- alii ad
 edēdū.
 bis ubi, dominum quoquè do-
 mūs, vel alios quoscunquè ad
 comedendum vel bibendum
 frequentiūs invitare non deceat.
 Subit animo quod quædā ma-
 trona cuidam frequenter invi-
 tanti dixisse fertur; Fuiſti, in-
 quirit, asinarius ruralium & im-
 peritorum, qui ſæpè asinos pro-
 vocare noviffent: eſſe propriū
 innuens his, qui invitationes
 personis discretionem habēti-
 bus inculcare ſolent.

7. Oportet etiam disciplinam
in corporis & habitus disposi-
Honesti-
tione servare: ut comedentes
sint mo-
res in se non appodiēt super mensam,
omni-
bus, vel accubitando, vel alio quo-
cunque modo inordinato se ge-
rant. Dum comedunt, caput
in caputio nulla ratione profū-
dent, sed aperta comedant fa-
cie. Cæterū religiosos & pau-
peres de mensa aliena viventes,
de portione sibi apposita encæ-
nia familiæ faciendo, patrisfa-
milias in domo gerere vices, ca-
nes vel murilegos de mensa pa-
scere benedicta, à quo nonnulli
etiam abstinent sacerulares, non
congruit.

Epilo-
gus.

Principalis hucusqué incisio
nil his notæ impingens, qui sub
institutionibus aliis militant,
aut pro diversis locis, & diver-
sitate causarum, diversa ordi-
nant

Ad Novitios Pars I.

233

niant instituta. Honesta quidē
& sancta omnis traditio, quæ
per prudentiam seniorum in ti-
more Dei communiter tradi-
tur, communiter observatur,
profecto ex communi surgit
institutione religio, honestas
ex ordinatione causatur.

Omne ordinatum de-
corum esse ne-
cessere est.

*Explicit prima Pars Speculi
disciplinæ.*

SAN-

L3

S. Bon: Spec: Discip:

S A N C T I

BONAVENTURÆ

Ordinis Minorum,

S.R.E. CARDINALIS,

Episcopi Albanensis,

Seraphici Dicit: Ecclesiæ,

SPECULI DISCIPLINÆ

Ad Novitios

PARS SECUNDA.

Principali hujus opusculi
particula expedita, Secun-
daria hæc pauca epilogat, &
supplet quædam, ut qualiter
novi discipuli Christi ad Deū
ad se, ad proximum, & ad res
etiam, quas aliquando servare
vel tractare contingit, se ha-
beant: quibus differentiarū in-
dictis de sua cōversione di-
scer-

scernant; qualiter denique ipsi
ad professionem recepti se ge-
rere debeant, vel breviter in
aliquibus instruantur.

De ordinatione respectu Dei

C A P U T I.

1. **A**nte omnia cor suum per ^{Pura cō}
^{fessio} puram confessionem mū-^{cormū-}
datum, dignum Deo habitacu-^{dū Deo}
lum præparent, illud excolāt, ^{faciat} habita-
illud exornent: nihil ibi fordi-^{culum.}
dum vel obscurū, nihil ibi vel
ad horam residere, quod dile-
cti sui oculos offendere valeat,
patientur. Tentationes & co-
gitationes malas humiliter &
pure confiteri non differant.
Veretur hostis consilium suum in-
gerere non celanti.

Firmā-

2. Providendum est eis, ut qui dum in
jam sunt superni Regis milites propo-
annotati, secum omnino firmēt ^{fito &} vocati-

& statuant, se usqué in finem
ei fideliter servituros: nec ullis
ab eo temptationibus, tribula-
tionibus & angustiis deinceps

Pſ. 118. recessuros. *Furavi*, ait Prophē-

ta, *E statui, custodire iudicia ju-
stitiae tuæ.* Religionem sanctā,
ad quam eos Dominus sua mi-
seratione vocavit, ferventissi-
mo ac fidelissimo studeant a-
more diligere: & ei tanquam
speciosissimæ ac Deo dilectissi-
mæ sponsæ fide inviolabili ad-
hærere.

In ſni-
b⁹ pro-
ſperis
& ad-
versis,
De⁹ lau-
dādus.

3. Quæcunque ſibi ſive pro-
ſpera ſive adverſa contigerint.
Deum ſemper devotis efferant
laudibus, ut ſive cefpitent, ſive
cadant, ſive aliam quamcunq;
moleſtiam ſeu laſionem incur-
rant, ſemper in ipſorū ore re-
ſonet divina laus, ſemper vel
Benedictus Deus, vel Ave Ma-
ria,

ria, vel aliquid, quod ad laudē
Dei pertineat, dicant. Et hoc
in consuetudinem ducere stu-
deant, nulla unquam negligē-
tia omittendum. Quidquid spe-
ciositatis vel delectabilitatis in
creaturis invenerint, quidquid
circa statum humanæ condi-
tionis vel dispositionis accide-
rit, totum semper assumant in
materiam laudis Dei: & de o-
mnibus, quæ occurrerint, devo-
tè studeant cogitare. In ipso ^{Intētio}
suarum omnium operationum nū ōniū
initio Dominum invocare, & ^{actio-}
^{feratur} in Deū.
suam ad ipsum intentionem di-
rigere assvescant.

4. Instent orationi, frequen- Recol-
ter, quæ novam in horto Do- ^{lectio} nō omis-
mini plantulam sovet, prove- tenda,
hit & confirmat. Discant ergo
una saltem diei vel noctis hora,
tempus & otium vendicare:

Ls quan-

S. Bon: Spec: Discip:

quando ad se reversi, mentisq;
cubiculum introgressi, orent

Mat: 6.

in abscondito Patrem suum,
& in corde contrito & humilia-

Ps: 50. to universorum Domino fami-

19. liariter adstant. Manè autem

Ps: 5.4. astabat Propheta Domino: quia
qui manè vigilaverit ad Deum,

Prov: 8. inveniet eum. Subripienda e-

17. rit carni, & si forte non semper,
sæpè tamen somni requies ma-
tutini: cum illa hora Christus

Marc: 16. resurrexit. Tunc est tempus

9. allidendis ad petram parvulis,

Ps: 136. mortificandæ carni, & recrea-

9. do spiritui oportunum. Tunc

spirituales aviculæ dulcē Deo
in cordis organo exhibent me-

lodiam, Ad hæc & aliæ tem-
poris & quietis oportunitates,

quæ occurrunt, minimè negli-
gendæ sunt. Post horas Cano-

nicas non statim oratoriū exe-

ant:

ant: sed in oratione aliquantulum subsistentes, qualiter opus Dei peregerint cogitent, an tepide vel ferventer: & defectus si quos ibi commiserint tunc emendent, gratiæque devotionis se offerant infundendæ, quam si Dominus dederit non repellant.

5. Hoc autem in omni oratione observent, ut quod orantes dicunt, ex animo semper dicant: non enim vocibus, sed rebus agitur apud Deum. Porro, qui ad orationem est negligens, suæ pimilitum ingratitudinis & tepiditatis est testis. Frustra profectus virtutum sine oratione speratur. Ad ea igitur, quæ ad cultum Dei pertinent, magno & prompto corde accingantur. Ad divinum officium auditio signo, statim omnibus

Oratio
ex animo.

occupationibus omissis accelerent. Si in lectis fuerint, statim surgant, nec ultimum aliquatenus signum exspectent. Oratione namquæ aliqua utiliter prævenitur officium. Qui sic ex studio prævenit, in benedictionibus meretur dulcedinis majoris devotionis & gratiæ ad ipsius executionem præveniri. Ecclesiam intraturi, manus (si necesse habuerint) lavent. Vestes maximè in die, religiosè componant: ne irreverenter aut indecenter intrœant aulā Dei. In Ecclesia Deo psallentes, Creatorem suum totis viribus cum reverentia debita

Officiū laudent.

divinū 6. Officium suum in choro &
quā de- extra, non perfunctoriè qui-
votissi- mē per- dem, simiaticis, ut ajunt labiis,
folven- dum. sed devotè semper & integrè
dicere

dicere studeant; nec aliam ei occupationē admisceant. Ces-
sent manus, oculorum evaga-
tio reprimatur: ut mens ab ex-
teriori cura penitus libera, so-
li valeat Deo vacare. Dies vel
hora, quæ negligenter officiata
pertransierit, nequaquam ulte-
riū poterit revocari: cùm præ-
sertim temporis sequentis offi-
cium suam nihilominus dili-
gentiam & devotionem requi-
rat. Nec sibi de gratuitis ora-
tionibus blandiantur, si circa
necessarias, quæ primò loco ha-
bēdꝝ sunt, desidiosi extiterint.
Denique juxta sancti verbum,
purè ac sēper strenuè debent lau-
dibꝝ divinis int̄ēdere. *Purè qui-*
dē, ut dum psallunt, nihil aliud
cogitēt, quām quod psallūt. *Stre-*
nue vero, ut sicut reverēter, ita
galacriter Deo assistāt. *Nō pi-*
gri,

Bern:
ser. 47.

in Cāt:

in fine.

gri, nō somnolēti, nō oscitantes, nō parcentes vocibus, non praescindētes verba dimidia, nō integra transiliētes: non fractis & remissis vocibus muliebre quiddā, balba de nare sonātes, sed virili (ut dignum est) sonitu & affectu vo-
ces sancti Spiritus depromētes.

Rever-
entia
in offi-
cio di-
vino.

7. Reverentiam in officio ho-
nesta corporis dispositio, quæ
mentis devotionem non me-
diocriter promovet, attestatur:
In choro non stent in stal-
lis suis molliter, aut quasi fra-
ctis renibus resoluti. Quando
post psalmum vel hymnum S.
Trinitati reverentia exhibetur,
humiliter & decenter inclinēt.
Tunc enim tardius surgere, se-
gniter ac difformiter inclinare:
ut quando corpore quidem suf-
ficienter demissō vultus tamen
indecenter erigitur, oculis er-
rati-

raticè circumlatis, imperfectè quoquè ad memoriam Trinitatis, inclinationis venerationē exsolvere, quasi sit honoris differentia in personis, irreverentia arguit & teporis.

8. Etiam extra chorum stet ad officium, præterquam ad lectiones & officium mortuorum. Specialiter tamen lectionibus planè dictis (de Domina tantum exceptis) irreverentes & pinguios se noverint, sivebitas Deo laudes sedendo vel jacendo exsolvant, nisi necessitas evidens cogat. Si quando per viam officium dixerint, et si non vacat continuè dum illud dicunt ab itineratione quiescere, saltè ad collectam præcedentium collectivam, quando omnino tota est in Deum intentio colligenda, in uno sstant loco: imò si tempus

Ad col-
lectam
attētio.

tempus exigerit & locus per-
miserit, cum reverentia genu
flectant, ut in oratione cōmu-
ni totum officium venerentur.
Dispositio corporalis honesta,
devotionis provocat affectum
 Sulpit: & designat. Non frustra San-
ep: 3. ad Bassulā
 etus Martinus, oculis ac mani-
 bus fin. bus in cœlum semper intentus
 orâsse describitur. Intrinsecos
 motus gestus exterior attestat-
 tur. Quamvis extra conven-
 tum, conventionalis in omnibus
 disciplinæ non servetur distri-
 ctio: in omnibus tamen reli-
 giosi operibus, religionis debet
 vestigium relucere. Debent er-
 go ad opus Dei corpus honestè
 disponere: ad collectam & Tri-
 nitatis memoriam vel modicū
 inelinarē, ordinem in prose-
 quendo servare, occupationem
 & interruptionem vitare.

9. Ad Missas postpositis omni-
bus, tanto majori promptitu-
dine ac devotione ministrent, postpo-
 quanto Deo ibi familiarius ser-
 vitur. Calicem & corporalia
 si tetigerint, reverenter & mū-
 dissimè tractent: manusq; post
 tactum hujusmodi antequam
 apponant communibus, lavent.
 Corpus Dominicum recepturi,
 ante, ut decet, ampliori con-
 fessionis, orationis, & tam à
 cibis quam verbis temperantie
 studio, acceptum Deo satagat
 hospitium præparare. Infusam
 autem ob tanti hospitis gratiā,
 reverenter in gratiarum actio-
 ne attendant. Non minor est vir-
 tus, quam quærere parta tueri.
De ordinatione respectu sui

C A P U T II.

1. Cæterum fervorem san-
 ctum, & quandam debet &
 animo magno
 magna-

strenuo magnanimitatem assumere: ut
op⁹ est. ad virtutum exercitia strenui
ac devoti, opera bona frequen-
ter supererogare contendant.

Prosp: *Tūc enī vitia fideliter extirpa-*
1. 3. de *ta discedūt, si virtutib⁹ cedant.*
vita cō temp: *Alioquin vel subsidūt ad tempus*
6. 3. *ejecta, vel redeunt, nisi virtutes*
in locis vitiōrū, quæ fuerint de-
pulsa, successerint. Non prode-
rit omnia reliquiss^e, nisi virtu-
tum passibus tota Christum in-
tentione sequamur. Quid ju-
vat expeditum esse ad cursum,
nec currere? exisse ad opus, &
Matt: *operis oblivisci? Non intrāti-*
20. 8. *bus vineam, sed operantibus*
merces datur. Et cum in usu
virtutum omnium perfecti esse
non valent, in aliqua saltem se
ftudeant specialiter exercere,
& illam quanta possunt perfe-
ctione observare.

2. Fervorem novitiorum non In sei-
 decent illæ misericordes in sei- psū ri-
 psis discretiones, & discretio- gidū, in
 nū dispensationes faciles: quia alios le
 indulgentiæ suo judicio non nō esse
 opor-
 tet.
 sunt admittendæ, nec tamen re-
 cusandæ sunt alieno. A seipso
 in seipsum rigida debet esse cē-
 sura & stricta severitas. Ad
 regentem vel consulentem, le-
 nis & obediens in omnibus hu-
 militas. Si alterum defit, vel
 in deside & tepido, non spero
 cursūs perseverantiam, vel in
 præcipitio timeo ruinam. Sint
 occultatores virtutum, sicut a-
 lii vitiorum. Non tamen in
 principio ardua sive multa præ-
 sumant, nec sine licentia ali-
 quid notabile attentent: sed à
 minoribus virtutibus paulatim
 ad majores ascendant. *Hære-* Provi:
ditas ad quam festinatur in prin-
cipio, 20. 21.

*S. Bon: Spec: Discip:
cipio, in novissimo benedictione ca-
rebit.*

3. Communem ordinis obser-
vantiam sequantur: perfectio-
ni in silentio, & in aliis institu-
tis plenius obtinendis insistat;
à qua nec exemplari levium,

*Perfe-
ctio sū-
ma re-
ligiosi
comu-
nia per-
fecte
obser-
vare.
Aug: l.
3. con-
fel: s: 2.* vel negligentium aliquorum
dissolutione divertant. Optima
*religiosi perfectio, perfectè com-
munia quæqué conventionalia ser-
vare.* Porro hic religionē of-
fendit, qui religionis violat in-
stituta. *Turpis omnis pars, uni-
verso suo non congruens.* Cavet
vir constans & honestus, ne
consuetudinem ordinis teme-
rarius violator existat. In vi-
ctu & moribus, novitatis
*Super-
bia sū-
mopere
fugiēda
novi-
tiis.* nota, & singularitatis e-
rit diversitas fugienda. Ante
omnia caveant, ne pro inchoa-
to jam bono subrepat superbia,
ut se

ut se aliis præferant & se ali-
quid esse putent. Perit omne
quod agitur, si non solicè in
humilitate custoditur.

4. Exeriorum gestuum, di- Disci-
sciplinam non negligant. Di- plina in
sciplina cervicē submittit, ponit mori-
supericia, componit vultū, ligat bus.
oculos, cachinnos cohabet, mode- ep: 113.
ratur lingvam, frenat gulā, irā ad So-
sedat, format incessum. Sitergo phiam
aspectus verecūdus & simplex, Virgi-
risus sine cachinno, vox sine cla- nem.
more, incessus sine tumultu. Ere-
cto vel discooperto passim ca-
pite, manibus dissolutis vel ha-
bitu non incedant. Siteis gra-
ta non seurrilitas seu curiosa
urbanitas, sed sancta quædam
rusticitas, salva semper mode-
stia honestatis. Sint ad loquē-
dum tardi, & in voce demissi,
& in congregationibus aut se-
niorum

S. Bon: Spec: Discip:
 niorum præsentia, vix nisi pro
 præsenti necessitate vel inter-
 rogati loquantur. Non sint di-
 sputatores, nec facile de audi-
 tis præsertim seniore præsente
 sententient. Stulti sicut sunt
 in sensu leves, ita & in verbo
 præcipites. Infra tempus pro-
 bationis cum extraneis, si vere-
 ligiosi sive alii fuerint, absq; li-
 centia & dato sibi socio non lo-
 Religi- quantur. Religionis initium est
 onis i- lingvæ frænum. *Si quis putat*
 nitū. *lingvæ se religiosum esse, non refrenans*
frænum. *lingvam suam, hujus vana est*
Jacob: 1. 26. religio.

Nihil 5. Rem aliquam, licet parvā,
 usurpēt sicut acum, sive aliud; occulte,
 sine co- hoc est, sine licentia recipere
 p' a fra- tris, vel habere, quasi furtum ab-
 horreant. Superfluitatem in ci-
 bis & vestibus, & in aliis qui-
 buscunque constanter despri-
 gian:

ciant: paupertatem & parcitatem quandam in omnibus, quæ ad corpus pertinent, amplexantes. Vitiosæ consuetudini viriliter & ferventer resistant: nec eam in his, quæ gulæ vitiū sapiunt, succrescere patiantur.

6. Extra communem refec-
tionem, ad comedendum &
bibendum vix eos inflectat ipsa
necessitas. Sæpè quod neces-
sitatis esse videtur, est vitii. Ul-
tra duas vices in die, pueroru
seu pecudum more comedere,
potum extraordinariè frequen-
tare, religionis temperantiam
& decorem evidenter offendit.
Quæ rogo religio, quæ pauper-
tas, si mox ut esuris, mox ut si-
tis volito pareas, saties appeti-
tum, nec eum usqué ad statu-
tam horam scias compescere?
Si quando tamen extra horam

Extra
cōmūnē
refecti-
onē ni-
hil su-
mendū.

exactus

Ritus exactus necessitate, quis bibit,
 bibendi sedendo & socio præsente id
 faciat. Non decet ut stando,
 aut sine teste bibas. Si plures
 fuerint, omnes dum bibitur si-
 leant: statimque ut biberint
 surgant cum aliqua laude Dei.
 Reprehensibilis admodum cō-
 fabulatio vel mora superflua
 juxta potum.

Otiādū 7. Nunquam otio torpeant:
 nūquā. sed semper aut lectioni, aut o-
 rationi, vel officio addiscendo,
 aut aliis non quæ ipsi elegerint,
 sed quæ injuncta fuerint facie-
 da intendant. Spiritum tamen
 devotionis, exteriores non ex-

Nota. hauriant actiones. Devotus
 frater nunquam totus come-
 dat, totus dormiat, aut totus
 in exterioribus occupetur: sed
 sive comedat, sive aliud faciat,
 sanctum in animo aliquid sem-
 per

per volvat, unde spiritus re-
creetur.

8. In somnū quoq; iturus, sem-
per aliquid in memoria secum de- Ut ad
ferat, in quo placidē quidē ob- somnū
dormiat: quod nonnūquā juvat cōponē
somniare, & vigilatē excipiēs, in d9 frat:
statū besterne intētionis restitu- Ber: de
at. Lectū intraturus prodiurnis lit. ad
offensis orationem semper ali- fra: de
quām faciat veniam petat, pe- ante
ctus percutiat, crucisque mu- med:
nitus signaculo, suum Deo spi-
ritum humiliter recommen-
det, qui à somno surgens, cum
aliquanta se denuò laude con-
signet. Quot si fortè eum lu- Ber: in
xuriæ pompa cōcuserit, recorda- formu-
tur dilectum suum positū super la hone
lectū doloris, & universum stra- stx vitæ
tū ejus in carnis infirmitate ver- in fine.
satū, hæc dices in corde suo: Do- Ps: 40.4
minus meus p̄set in patibulo, &

M

ego

S. Bon: Spec: Discip:

ego voluptati operā dabo? Sic ġ.
invocato nomine Salvatoris, ḡ
sepius geminando nomē salutis,
cessabit quassatio.

De ordinatione circa proximum

C A P U T . III.

I. **A**D hæc qualiter se habe-
re ad proximum debe-
ores ve-
nerādi. Hugo docet. Superioribus,
Tō. 2. inquit, obedientiā, timore, obse-
iustit: monast: quiū ḡ venerationem exhibere
ad nov: debemus: cum & equalibus pacem
c. 5. in concordiam custodire, invicē
initio. obsequiō, beneficiō ḡ honore
prævenire. In omni actione ḡ
verbo, superiorem eis locum tri-
buere: ḡ si quando fortassis in
aliquo negotio præire eos cogā-
tur, cū omni humilitate ḡ rever-
entia, quæfacienda sunt nō præ-
cipere, sed demōstrare; ḡ si eos
præcedere contingat cum alacri-
tate

tate & devotione, quasi ex necessitate subjecti, obedire. Inferioribus semper beneficium & auxilium impendere, venerationem non exigere, societatem atque aequalitatem amare. Majoribus, ait, debemus per timorem subdit, aequalibus per charitatem obsequi, minoribus per aequalitatem coequari.

2. Igitur devoti fratres seniorum ho-
niores suos revereantur ut do-
minos, diligent ut parentes.

Qui praesunt in Domino, sunt,
(secundum Apostolum) amplius in charitate habendi. Sane
(juxta Hugonem) reverentia sine amore servilis est: & amor
sine reverentia, puerilis judicari in pri-
debet. Propterea docet Sanctus, ut transeunte majore minor sur-
gat, & det ei locum sedendi. Non Benedic:
praesumat (inquit) minor cōsiderare,

^{1. Tim:}
^{5. 17.}

Hugo à
S. Vict:
ubisup:
in pri-
cipio
cap:

Benedic:
reg: c.
6. 3.

S. Bon: Spec: Discip:
 dere, nisi præcipiat ei senior suus.
 Prior hic ponit conversio, vel
 gradus officii seniorem: quan-
 quam & ætas sit juxta legem
 Domini honoranda. Sic enim
 Levit: scriptum est: Coram cano capi-
 39. 32. te consurge, & honora personam
 seuis. Discretio tamen cautè
 pro loco & tempore, ac sine rever-
 entiæ cōgruæ detrimēto, vene-
 rationem modifcat. Habēdus
 est modus in omnibus: nec vi-
 tiosam quidem superstitionem
 admittens, nec superstitionis
 evitandæ prætextu, humilita-
 tis aut morum sanctionem eva-
 cuans.

Quid-
 quid
 præcipi-
 tur qua-
 si divi-
 nit9 im-
 peratū
 ier-
 tur.

3. Obedientiæ se totos subji-
 ciant. Sit homo interior to-
 tus Deo, sit exterior totus Præ-
 lato subjectus. Quidquid su-
 perior eis vel præpositus vel
 instructor injunxerit, quasi di-
 vini-

vinitus imperatum, statim ut
veri obedientiæ filii devotè ad-
impleant. Quidquid statuerit,
inviolabiliter servent; scienter-
qué aliquid transgredi sacrile-
gium putent, & salutare cre-
dant quidquid ille præceperit.

Perfecta obedientia est in incipiē- Ber: de-
te maxime indiscreta, id est, nō vita so-
discernere quid vel quare præci litaria
ad fra-
patur: sed tantum ad hoc niti, tres de
ut fideliter & humiliter fiat quid monte
Dei, an-
à majore præcipitur. Novituū te med:
prudentem incipientem & sapiē-
tem, in cella diu posse cōsistere, &
in cōgregatione durare, est im-
possibile. Stultus igitur fiat ut 1. Cor.
sit sapiens. Securè per omnia 3. 18.
obeditur, ubi contra Deum ni- Nota.
hil præcipitur. Discant ergo
voluntates proprias frangere,
alienoqué judicio & imperio
ambulare. Nulla ars, ait San-

Hier: t.
I. epist:
4. ad ru
sticum
mona-
chū in
med:

S. Bon: Spec: Discip:
 Etus; ab q̄, magistro discitur. Ad
 illud (inquit) tēdit oratio, ut
 tuo doceant in arbitrio nō vivē-
 dū, sed vivere debere in mona-
 stero sub unius disciplina patris
 consortioq; multorū, ut ab alio
 diſcas humilitatem, ab alio pa-
 tientiā; hic reſilentium doceat,
 ille mansuetudinē. Non facias
 quod vis: ſubſiciaris cui nō vis.
 Lassus ad ſtranū venias, ambu-
 lansq; dormites. Eo ne cum ex-
 pleto ſomno ſurgere compellaris.

Sine
cōſciē-
tia in-
ſtructo-
ris ni-
hil agē-
dum.

Nihil absqué instructoris con-
 ſcientia faciant, vel quocunq;
 eant, cui ab aliis etiā ſuperio-
 ribus demandata ſibi ſignificet.
 In quibus ſufficit ipſe, ſemper
 ejus licentia ſint contenti: pro
 his, quæ inferioris ſunt, nō pa-
 ſim recurritur ad majorem.

4. Fratres omnes & ſe invicē
 honore & obſequio prævenire,
 & eo-

& eorum defectum in officiis Junio-
humilioribus implere, conten- res ali-
dant. Seniores fratres versicu- os offi-
los dicere, de lumine servi- cio præ
re, librum ad officium tenere,
vel hujusmodi humilia in cho- veniat.
ro & extra, quantum in se fue-
rit non permittant. Omnibus
se subjicientes humiliter pro-
pter Deum. Non quod sibi
utile putant; sed quod aliis,
amplexantes, omnibus li-
benter obediant, omnibus
satisfaciant prout possunt:
ut omnibus quibus utitur transi- Aug: in
toria necessitas, superemineat, reg: c.
qua & permanet charitas. Quid- 34.
quid agunt fidelissime cum di-
ligentia faciant, & tanquam
Deo, non quasi hominibus ser-
vientes. Non aestiment alios
fratres, qui diutius in ordine
laboraverunt, secum ex aequo

laboribus occupandos: præsertim cùm de se humiliter sentientes, piè debeant credere, quòd sancti Viri plus Deo placeant quiescentes, quàm ipſi quantumlibet laborantes. Erubescant se nescire, quod in obsequiis religiosè est sciendū. **Discenda cōmunia.** Quod igitur nesciunt, statim exercitio magistrante addiscat. Sint præcipue ad serviendum communicati promptissimi. Si lumen in Ecclesia, vel in officinis, aut aqua in fratum lavatorio desit, continuò de his & similibus necessitatibz provideant.

Frates hospiti-tes cū carita-te acci-piēdi.

5. Ad obsequium advenientium fratrum, qui sicut Angeli, imò sicut Chiistus in eis veniens, sunt suscipiendi, cum omnī devotione festinent. Et quia fratribus hospitibus, se-
cun-

cundūm quod religionis honestas & consuetudo requirit, prius ornandum est, quam fratribus socientur in pace, quam citè ab oratione surrexerint ad eorum deosculandas manus, maxime si fuerint Sacerdotes, devotè occurrant & humiliter genuflectant. Nullum fratrem puro appellent nomine; nec nisi fuerit patriæ consuetudo tuissent.

6. Nulli prorsus, quantum in Pace cā omni-
eis est, materiam præstent mo- b9 ha-
lestiæ alicujus, sed omnia quæ bere li- necessaria & utilia æstimant, beralis
bono pietatis & charitatis cō- & bonæ ponant. Quid pace honestius? cōsciē- quid unitate jucundius? aut diciū. commodius socialitate? quid charitate melius aut pretiosius invenitur? Gloriosissimum quidem & potissimum libera-

lis animæ & conscientiæ bonæ indicium, pacem proximi custodire: omnem quantum possibile est fratrum scandali occasionem vitare, verecundari, si socium vel per surreptionem offendis. Si quem adversum se fratrem motum vel leviter senserint, quiescere nesciant, quo usque ipsum humili studuerint satisfactione placare.

Modestia in morib: apud iaculantes. 7. Ad extraneos si quando procedunt, in verbis eorum, incessu & habitu, modestia fulgeat disciplinæ: breviter & pauca loquantur; caput decenter operiant, manus abscondant, mulieris omnino quantumlibet propinquæ osculum, & nudæ manus contactum penitus vitent. Pro personis quæ in domo vel in via fratrum se orationibus recommendant, statim

statim post earum abscessum Orādū
mox
orationem faciant specialem. pro il-
Defunctis fratribus, auditio eo- lis, qui
rum transitū, quām citius pos- preces
effagi-
sunt, subveniant: & debitum tave-
saltem obsequium solvere nul- rint.
la occasione postponant. Ta-
lia siquidem non absqué perti-
mescendæ offensæ periculo ne-
gliguntur.

De rerum custodia

C A P U T III.

1. **R**es, quas tenent, præi- Libri
puè libros, mundè tene- cautè
ant & honestè. A tactu libri servan-
nudam cohibeant manum: quæ di.
licet munda, quia tamen poro-
sa, ipsum facile inficit & detur-
pat. Turpè est nudos pagina-
rum marginibus imprimere di-
gitos, vel ipsos, vel certè la-
ternam super librum legendo

deducere. Semper pannus, si adsit, digito supponatur. Alioquin ita cautè tangent & leniter, ut tangentes quasi non tāgere videantur. Librum superflue apertum non teneant, vel incautè relinquāt. Firmacula, libro paululum stricto, si violentiā laxentur, apponent: violentiam sonitus probat.

In-dignus est libro, qui negligit cu-

Et mū- stodire. Solent incurii quidam,
*dē. libros digitis, & vestes præci-
 puè in manicis mundè servan-
 das, sordibus, & pulveribus, vel
 rebus quas tractant penè indif-
 ferenter exponere: ipsas vero
 extremæ frequenter utilitati
 expositas, vix valent á socio-
 rum cibo, vix ab altari, vix ab
 ipsis calicis mappulis prohibe-
 re. Qui ipsis placere sordibus
 cupiunt, custodiæ curam cu-
 riosi-*

riositatis condemnant infamia:
suxquē vitium incuriæ, virtu-
tis specie colorare nituntur.
Gravia hæc homini eruditio.
Qui munditiâ gaudet, honesta-
tis pulchritudine delectatur.

*De profectu & defectu Novi-
tiorum, sive de differentia
conversorum,*

C A P U T V.

1. **A**ccedit hinc neophyto-
rum conversio differens Bonoru
noviti-
orū signa.
intuenda. Sunt enim quidam
tractabiles, simplices, docti,
timorosi, qui nihil sibi Christo
charius æstimantes, voluntates
proprias ei sacrificant, volū-
tariè prompti ad nutum, nutu-
citiùs obediare. Ad difficultia
quælibet propter Christum æ-
quanimiter perferenda parati:
sux quoqué integratatis felici-
ti,

ti, cor suum per purā confessionem & assiduam orationem mundare non negligunt, sunt in exteriori conversatione disciplinati & humiles, studēt se in omnibus officiosos & amabiles exhibere: Siquidem studere propter Deum amari, charitati servire est. Hi verò sunt altissimi filii fideles sanctæ religionis propagines, fratrum lætitia, consociorum solatium,

Pro: 10. sui gloria instructoris: nam

1. gloria patris est filius sapiens.

Impro- 2. Sunt & alii duræ cervicis, **borum** disciplinæ insusceptibiles, mā-
notæ. fvescere nescientes, tepidi, cu-

Pf: 33. riosi, superbi: qui quām sva-

E 9. vis est Dominus, non gustan-
tes, sœculari dumtaxat deposito habitu non affectu; quoniā adhuc in moribus, in verbis, in
gestibus, & propriarum perti-
nacia

Nota.
Ber: ep:
30. in
med:

nacia voluntatum, s^eculo fidem
servant, ut monstro mirabilius
sub religiosa veste, hominem
videas s^ecularem. Hi sunt fi-
lli diffidentiæ, adulterina plâ-
tatio, fructus inutiles & acerbi,
sociorum onus & scandalum,
sui afflictio & confusio instru-
etoris. Juxta illud, *Ira patris*
filius stultus: & confusio patris de
filio indisciplinato.

Ecclesiastes 22:3.

3. Ponenda sunt pauca tem-
poris, curiositatis & superbierum,
prædictorum indicia, & cogni-
ta devitentur. *Cautior in bonis*
ambulas, si & mala non lateant.
Tepida in conversione, otiosa ver-
ba, & vanas cogitationes noxias
esse non conspicit. Vitatis grandi-
tus, reliqua omnia rix reputat
imputanda: hebetati cordis ipse re
ad conscientiam de offendis, ut ti-
moris filialis ignarus, timoratos vedi c.

Indicia
tepidæ.

Bernardus: 2.
de consider. post
med. Isidorus: de
sibi: b. 1.
2. c. 10.
Seneca: 2.
& Bertholdus:
ad foro
modo bene vi
c.

& con-

6.

Et conscientiae puritatem amantes, fatuos Et superstitiones sententiat. Quod si à tempore meo
 Isid: ubi sup: & tis evigilaverit: ea quæ levia e-
 Ber. ubi xistimabat, quasi horrēda atq; a-
 sup: trocia pertimescit. Vacuus gra-

tiæ & tepidus, quod est gratiæ, seu minus necessariæ tentio-
 nis, quod disciplinæ, quod morum, quod virtutis perfectio
 conciliat, negligens: illud dif-
 ficile, vel certè superfluum ar-
 bitratur, ægrequé doctrinam

Ridet suos moni- tores. ad talia patitur, doctorem ni-
 mis perfectū ironica irrisione
 pronuncians. Nempe stultus sui

Pr: 25. 3 patris disciplinæ irridet: ut pa-

Eccl: 21 teat quod juxta Sapientem di-
 22. citur, Compedes in pedibus stul-

1. Cor: to doctrina. Animalis homo nō

2. 14. percipit quæ sunt spiritus Dei. Te-
 pidus, in conversione remissus,
 publicos mores & doctoris mo-

nita

nita negligit, ea quæ Dei sunt langvidè operatur. Si quod inchoat bonum, vix perficit, tardè ad divinum officium, & quæqué conventionalia occurrit. Otiō gaudet, labore vel modico læditur, & facile se infirmum vel ad modicum se fatigatum prætendit: sed & amore privato se diligens, quæ carnis sunt sapit & prosequitur ex affectu. Aliorum quoquæ defectibus, non virutibus hærens, si quid minus vel negligē-
Multa
sunt it
in exē-
plum.
ter actum inspexerit, illud in exemplum ad suæ velamen tepiditatis assumit. Ficta ei & indevota confessio; rara & brevis compunctio. Insipienda & sine attentione oratio, in circumspecta & sine ædificatione lectio: obedientiæ morosa & sine devotionis affectu vix aliqualis

Isid. l. 2 qualis impletio. Multos enim
de sum: remissa cōverso in pristinos erro-
bono c. 10. sēt: res reducit, ac vivendi torpore

I. resolvit: ut nonnūquam ex ore
Apoc: Domini evomantur.

3. 16. Curio- 4. Curiosus non curanda cu-
forū in- rat, necessaria negligit: & sui
dicia. oblitus aliena considerat, no-
tat & explorat. Si quod inso-
nuerit verbum, anhelat solici-
tus ad sciendum & honestate
postposita id ab invitatis & celar-
re forsan volentibus, inverecū-
dē requirit. Locis sibi non cō-
cessis, congregationi, & collo-
cutionibus fratrū se ingerit
non vocatus. Cūm eum abesse
putaveris, adest impudens la-
teri, adest auri: ut nec secretū
valeas occultare sermonem.
Observat angulos, vagis circū-
spicit oculis, hæret ad singula
quæ occurunt. Communes
obsidet

obsidet transitus. Supervenientium & forensium gaudet occursu. Rumoribus & sæcularibus verbis hauriendis & referendis intèdit. Res sibi non deputatas curiosè revolve non quiescit. Literas etiam alienas Literæ si casu apertas inveniat, inspiræ alienæ cere non veretur: quas tamen ablegæ. dæ. licet apertas quomodolibet inventas, vix aliquis nisi superior licite inspicit, vel aliis inspi ciendas exponit. Rerum quoqué apparatus, cura superflua, curiositateis vitium clamat.

5. Signa verò superbizæ Pro- Super-
sper enumerans, Hos (inquit) bixæ si-
dolendos enuntio, quos jam con gna.
versos superbia occultè captivat. Prosp:
Hi, ait, seniorū suorum non ob- 1. 3. de
servant imperata, sed judicant: vita cō-
de suis negligētiis objurgati, aut tēp:c.8.
rebellant insolenter, aut murmu-
rant.

S. Bon: Spec: Discip:
rant. Simplicitatem spiritualium
fratrum irrideter exagitat, præ-
ferri se etiam melioribus impudē-
ter affectant. Obsequia delata
fastidiunt, negata pertinaciter
quærunt. Natales moribus ante-
ponunt, juniores suos elati despi-
ciunt, conferri sibi aliquos non
credunt. Non servant in obsequio
reverentiam, in sermone mode-
stiam, in moribus disciplinam:
habent in intentione pertinaciā,
in corde duritiam, in sermocina-
tione jactantiam. Sunt in humili-
itate fallaces, in jocatione mor-
daces, subjectionis impatientes,
temerarii in audiēdo, clamorosi
in loquendo, fastidiosi in adverte-
do, præsumptuosi in docendo, ef-
franati deformiter in cachinādo:
hæc sunt (infert) superbiae gras-
santis indicia. Superbus se ad
omnes propriæ voluntatis im-
pulsus

pulsus accommodat: nec se
aliis, sed alios sibi applicare cō-
tendit; facile sibi fieri contu-
meliam judicat, ad quam irro-
gandam est validus, ad tolerā-
dam infirmus. Et se grandē a-
liquid esse putans, deferre so-
ciis deditigatur. Legibus sub-
di, & propriam recognoscere
culpam erubescit. Et licet ju-
xta ordinis mores se regere ne-
sciat, in suis oculis tamen sa-
piens & perfectus. Ad aliorū
instructionem, suæ præsertim
opinioni contrariam, stoma-
chatur. Reprehensus offendit-
tur. Nunc causam ut insuffi-
cientē vel frivolā, nunc moni-
toris modū calumniās: ut si per-
suadere aliquid velis, instabit
quòd modus artem, monitio
studium exigat: quo fit ut hu-
jusmodi allegationum obsitus
spinis,

spinis, sicut ericius vel irrefragabili ratione vel auctoritate non capiatur. Fit igitur ad obtemperandum difficilis, & ad correctionem impatiens, adeo interdum, ut se discipulum abnuens, ipsum etiam deputatum sibi refugiat instructorem.

Fugiē: da ista omnia profice re volenti.

Deut:
18. 13.

Eccl:2.

14.

Hac omnia servi Dei quasi pestem mortiferam detestantes, perfectè ad Dominum convertantur, juxta illud Deuteronomii, *Perfectus eris, si sine macula cum Domino Deo tuo. V&*
duplici corde; si peccatori terrā ingredienti duabus viis. Si quis
vero sufficienter exspectatus & monitus, mores corrigere, ac religionis formam induere negligit, præsertim si rebellis aut contentiosus extiterit: non est proficientium numero aggregadus. Infidelis se discedit, di-
cedat:

scedat: ne una ovis morbida:
contagione mortifera totum
gregem contaminet. Perver-
sus & insolens, non nisi in onus
religionis & dissolutionem ad-
mittitur.

De noviter professis in ordine

CAPUT VI.

AD professionē admissis Profes-
sis quid agēdū.
sit quām maxima cura,
ne defluant. Perfecti quiquē
magna se discretionis subtilita-
te conspicunt, ne ad deteriora
unquam vel in opere, vel in co-
gitatione delabantur. Si cura-
re parva negligimus, sensibili-
ter seducti audenter etiam ma-
jora perpetramus, suscepitam
etiam examinis tempore disci-
plinam, prudens nō abjicit,
imō nec suum continuo quasi
jam sibi sufficiēs deserit instru-

cto-

Rara
cōfessio
quid ef-
ficiat.

S. Bon. Spec: Discip:

storem. Eget rectore novitus,
eget novus directore professus.
Vanus & fictus ut instructoris
curam evaserit, insolescit, af-
sumit cornua, fit præsumptuo-
sus & audax; & quasi vacca
lasciviens à prima informatio-
ne declinat. Cessat oratio, te-
pet devotio, confessio pecca-
torum negligitur: ut putes eū
aut sui oblitum, aut non habe-
re peccatum. Facit quidem di-
lata confessio ut negligens mū-
dus appareat, licet non existat;
dum culpas absorbet oblivio,
absolvit. Multiplicantur dum
non curantur offendæ: multi-
plicatæne discernantur & cor-
rigantur impediunt. Multitu-
do peccatorum impedit ne vi-
deantur. Unde piger tunc est
maximè vitiosus, cùm vitia nō
agnoscit. Sic filia fatua in de-
mino-

minoratione erit: justorum autē Eccl:
semita quasi lux splendēs proce- 22. 3.
dit & crescit usq; ad perfectam Prog:4.
diem. Professi ergo profitean- 18.
tur profectum, præsumptionē
proscribant.

2. Dabit ad hoc, humilitatis Cōstan-
& paupertatis constantia per- tia op⁹
severans affectum, & curarum est.
abjectio terrenarum, exercita-
tio charitatis, & quæ comple-
ctitur omnia considerationis
attentio. Summa religiosi vir- Humili-
tus humilitas, quæ ipsum cu- tas sū-
rat, perficit, & conservat. Si- ma vir-
ne humilitate nulla virtus, nul- tus re-
la perfectio aut acquiritur aut ligiosi.
servatur. Virtutum siquidem
bonum quoddam ac stabile
fundamentum est humilitas.
Nempe si nutet illa, virtutum
aggregatio non est nisi ruina.
Et quoniam ad humilitatē hu-

N milia-

S. Bon. Spec. Discip:
 Ber: ep: miliatio via est: non erube-
 83. in scant humilia, nec humilitatis
 fine. officia facile respuant, nec im-
 posita recommendent. Omnis
 ab eis præsumptionis audacia
 proscribatur. Antiquioribus
 fratribus in ordine deferant:
 ac semper eorum respectu se ju-
 niores & novitios reputet. Ad
 exteriora vel honoris alicujus

Prope- officia, provehi non affectent.
 ra pro-
 motio à Multos propera nimis promo-
 virtutū tio, à virtutum jam profectu
 dejicit profe- per vitium elationis dejecit.

Au. Qui mundum deserunt (ait San-
 Greg: l. 8. mor: Etus) ad exteriora officia ve-
 c. 34. in hi non debet, nisi per humilitatē
 princip: diutiis in ejusdem mundi contē-
 Junio- ptus solidentur. Et quia novo-
 rū ten- tatio estrum & juniorum tentatio solet
 superbi esse facile superbire; nescire
 re. modum humilitatis servare, &
 si forte in aliquo præsint officii
 metas

metas excedere ac de minimis
grandia jactare: attendant sibi
super his vigilanter. *Non potest*
intimo cōscientiæ testimonio glo-
riari veraciter, nisi qui extrin-
secas gloriolas perfectè respuerit.

Ber:ep:
42. ante
med.

3. Paupertas in omnibus pla-
ceat, ne iterum sive in libris
sive in aliis, rerū se velint sar-
cinulis onustare. Perfecta re-
rum abjectio, à cura expedit
mentem, ab infectione affectū.
Nemo in Christi expeditione libe-
rior nil habente. Si aliquibus
egeant, studeant parcitati. Su-
per omnes divitias, divitem
facit paupertas. Hęc quoqué
in victu, & in his, quę carnis
sunt maximè amplectenda. Nō
est Evangelici pauperis gaude-
re superfluis, luxibus indulge-
re: & quod nec divites possunt,
semper velle in omnibus abun-

Pauper-
tas cō-
menda-
tur pro-
fessis.

Phil: 4. dare, nec penuriam scire pati.
12.

Familia 4. Familiaritates superfluaſ fu-
ritates giāt. Esto (ait quidam) omni-
fugien- bus benignus, nemini blan- tūs,
dꝫ.

Senec: paucis familiaris, omnibꝫ & quā.

lib: de Et Sanctus, Tria (inquit) reli-
4. vir- gioſum quemlibet decent: paucā
c. Cōti-loqui, paucos habere familiareſ,
nentia. T multum orare. Ubi multi
Obser- va tria, familiareſ, ibi multæ locutio-
quæ re- nes, & ſibili ſingulares. Si fa-
ligio- miliarem admittis, ſit quem ex-
ſos de- cent. tas, mores, diſcretio, & hone-
ftas inſignit & commendat. Fa-
miliaritas ſi fuerit ordinata, nō
erit blanda, improba, puerilis.

Eccl. 6. Est modeſta quædam in sancta
2. li (ait Sapiens) pro amico ini-
micus fieri proximo. Saſculariū
deni-

denique familiaritas indiscreta, religiosi quietem multipliciter inquietat. Nullius gratiam munusculis comparent. sculis Si quid forte alicui vel causa exacti necessaria (prius religio-^{Munu-}
nis lege licentia præobtenta) ^{nūlliū}^{gratia}^{cōparā-} da.
obtulerint, honestas rei & vilitas pretii, religiosorum & pauperum xenium esse probent.

5. Non frequentent propinquos, nec exterioribus se im-plicant curis: sed salutis pro-<sup>Amici
nō fre-
quen-</sup>
priæ memores, agendæ potius pœnitentiæ vacent. Non cadat à mente professio: sed semper ad quid venerint cogitent. Pē-sent quod de quibusdā ait Sanctus Gregorius: *Sæpè* (inquit) Lib. 8. nōnulli aperte pravitatis vias moraliter deserunt, sacerdotialis habitū suū c. 33. in munt: sed mox ut prima limina bene vivendi contigerint, obli-^{fines}

S. Bon: Spec: Discip:
quid fuerint, affligi jā per pœni-
tentiā de consummatis nequit iis
nolūt. Laudari de inchoata ju-
stitia appetunt: præesse etiā cæ-
teris melioribus concupiscunt. Et
2. Tim: 2. 4. post pauca: In reby (ait) mul-
tiplicib⁹ occupati, atq; ip̄ja oc-
cupatione confusi, nō solum perpe-
trata minime deplorant, sed ad-
huc quæ deplorentur exaggerat,
secundūm Apostolum, Nemo
milit̄s Deo implicat se negotiis
sacerdotalibus, ut ei placeat cui se
probavit. De sancto legitur,
Joanne Abbate quod quanto magis se ab hu-
in viis manis curis & colloquiis seque-
Patrū l. I. strabat, tanto illi vicinior &
I. C. I. circa propinquior Deus erat. Vitā-
med: da maximē colloquia mulierū.
Non potest toto corde habita-
re cum Domino, qui mulierū
accessibus copulatur.
6. Charitatis obsequia liben-
ter

cer impendant. Charitas sem- Carita
per reddita, semper detinet de- tis ergo
bitorem. Hæc autem quomo- önib⁹
do negetur amicis, quæ etiam obsequi⁹
debetur inimicis? Postquam tur.
vel orationi vacaverint, vel ad
studium se dederint, ad serviē-
dum fratribus surgant, & si ne-
cessē fuerit, officiales nunc hūc
nunc illum, discretè tamen &
prout oportuerit juvent: ut
secundūm Apostolicam doctri- i Thes
nam & vitā, manibus suis la- 4. 12.
borantes quod bonum est, alio-
rum fratrum etiam corporali-
ter, si fieri potest, participan-
tes laboribus, in charitatis sem-
per exerceantur operibus, &
cibum corporis non absqué la-
bore comedant corporali; ut
hæc sancta consuetudo ipsos in
humilitate custodiat, in frater-
na dilectione & omni perfectio-

ne confirmet. Qui communibus instant, suisqué obsequiis alios portant, sunt corporali simul & spirituali suffragio supportandi. Merito singuli pro his orant, qui pro communitate laborant. In spiritualibus

Luc: 10. bonis Martha participet cum
39. Maria, quæ utique sunt soro-
1. Reg: res, & æqua sit pars descendē-
30. 24. tis ad prælium & permanentis

Cōmu- ad sarcinas, & æqualiter divi-
nitatis dant. Qui nobis corporaliter
opera obsequuntur, justè fortein in
ōnibus necessariis spiritualiter asse-
prafe- quuntur. Rursum communi-
renda. tatis operibus, familiaria nemo

1. Cor: præponat. *Charitas* (de qua
13. 5. scriptum est) nō querit quæ sua
 sunt, sic intelligitur, quæ cōmu-
 nia propriis, non propria cōmu-
 nibus anteponit.

Aug: Reg: c. 7. Considerationi deniq; ante
24. omnia

omnia & in omnibus vigilan- Finis
dum, quæ ad finem & directio- profesi-
nem attendit. Finis ad quem nostræ sionis
nostra tendit professio, regnū Deus,
Dei, vel potius ipse Deus. Di- venitur
rectio qua illic tenditur, men- mentis
tis est puritas, ad ipsum princi- purita-
paliter directiva. Hærendum te.
jugiter his dupbus. Necessè est
enim mentem considerare quò
recurrat, cuique principaliter
inhæreat. Non hærentem enim
per singulas horas atqué mo-
menta pro incursuum varia-
re mutari, atqué ex his quæ ex-
trinsecus accidunt in illum sta-
tum reformari, qui primus oc-
currerit necessè est. Hinc est,
quòd multos pro Christi amo-
re maxima contemnentes, pri-
stinum tamen affectum in mi-
nimis retinentes pro graphio
videmus, acu, vel calamo com-

S. Bon: Spec: Discip:
moveri. Irascuntur mobiliter
& inflantur, velut qui non ha-
bent Apostolicam charitatem.
Qui si contemplationem inun-
di cordis fixam tenerent, nun-
quam pro parvis rebus admit-
terent, quod ne pro magnis ac
pretiosis incurrerent opibus,
easdem penitus abjicere malue-
runt. Unde liquet perfectio-
nem non statim facultatum seu
dignitatum abjectione contin-
gi, ubi non fuerit charitas illa;
I. Cor: cujus Apostolus membra de-
13. 3. scribit, quæ in sola cordis pu-
ritate consistit. Nam quid est
non æmulari, non inflari, non
irritari, & reliqua; nisi cor per-
fectum atq; mundissimum Deo
offerre & intactum à cunctis
perturbationibus custodire?
Quidquid ergo nos ad hanc pu-
ritatem potest dirigere, tota
virtu-

virtute sectandum est. Quid-
quid autem ab hac potest re-
trahere, quamvis necessarium
& utile videatur, ut pernicio-
sum & noxium devitandum.
Sine via tendentibus, labor
est itineris non profectus.

8. Operantur & servant quām purita-
maximē puritatem, perfecta tē quid
humilitas & expeditio mentis
à terrenis. Erit deniq; ut pu-
rus animus pura Deum oratio-
ne frequentet, frequentando
gustet, gustando probet quām
svavis est Dominus. Erit de-
nique ut divino inebriatus a-
more, totam in Deum consi-
derationem inflectat; toto in
ipsum desiderio pergat: nil ei
sit dulcius, nihil jucundius in
hac vita, quām vacare & vide-
re quoniam ipse est Deus, quod
est in partibus considerationis

Ps: 33.9

Ps. 45.
II.

potissimum. Affecta sic anima comprehendit, complectitur & stringit, & tenet, di-

C^a: 3.4. cens: *Tenui eum, nec dimittam.*

Puritas regia via ad vitam. Puritas itaque via est regia, per quam ad sponsi amplexus, per quam tandem ad patriam per-

venitur. Per hanc tandem veri Israëlitæ de virtute in virtutē

PL: 83.8 donec videatur Deus Deorum in Sion, desiderii gressu indeclinabili gradiuntur: Christū super omnia diligunt, nihil ejus amori præponunt in via, quem habituri sunt mercedem in patria.

Conclusio. Et nunc ego, qui licet admodum imperfectus & rudis, per obedientiam tamen erudiendis simplicibus aliqua hæc documenta concessi, pulchrum depingens hominem, pictor foedus: eos supplex per Dominum

minum obsecro, ut me sibi &
si minus proficuum, tamen be-
nevolum attendentes, in ora-
tionibus suis mei meminerint
peccatoris: quatenus eis oran-
tibus meorum veniam pecca-
torum affecutus, in potentias
Domini, unà cum eis merear Ps: 70.
introire, ipso misericordiarum 16.
Domino id præstante, cui est
honor & gloria in sæcula sæcu-
lorum, Amen.

SAN-



S A N C T I
BONAVENTURÆ
Ordimis Minorum,
S. R. E. CARDINALIS,

Episcopi Albanensis,
Seraphici Doctoris Ecclesiæ,

DE PROFECTU
RELIGIOSORUM

LIBER I.

SENECA.

*Ad profectum omnia tendunt, & ad
bonam mentem non queritur plausus.
Epist: 101.*

SENECA.

In ipsis sapientia seellantibus magna discrimina esse fateamur necesse est, alius jam in tantum profecit, ut contra fortunam audeat attollere oculos, sed non pertinaciter: cedunt enim nimio splendore praestrixi: alius in tantum, ut possit cum illa conferre vulsum. Si jam pervenit ad summum, & fiducia plenus est. Imperfetta necesse est labent, & modo prodeant, modo sublabantur, aut succidant. Sublabentur autem, nisi ire & niti perseveraverint: si quicquam ex studio & fideli intentione laxaverint, retro eundum est. Nemmo profectum ibi invenit, ubi reliquerat. Insemus itaque & perseveremus, plusquam profligavimus restat: Sed

MAGNA PAR EST PROFFECTUS VELLE PROFICERE.

Hujus rei conscius mibi sum; volo, & tota mente volo te quoque instigatum, & magno ad pulcherrima properare impetu video, properemus: ita demum vita beneficium erit, alioquin mora est, & equidem turpis inter foeda versantibus. Epist: 72.

SAN-

S A N C T I
B O N A V E N T U R Æ
O r d i n i s M i n o r u m ,
S . R . E . C A R D I N A L I S ,
E p i s c o p i - A l b a n e n s i s ,
S e r a p h i c i D o c t : E c c l e s i æ ,
I N L I B R U M
D e P r o f e c t u Religiosorum ,
P R O L O G U S .

SI vis in spiritu proficere, & Schola
hoc esse, propter quod ut virtutū
hoc fieres, ad scholam virtutū, religio.
id est, ad Religionem, venisti;
& ne fias similis illis, qui longo
tempore in scholis manendo,
multum temporis & sumptūs
inutiliter consumunt, & mini-
mè discunt: istius formulæ cō-
pendium ante oculos habeto,
& ad

S. Bonaventura

& ad ejus regulam ordinavitā
tuam, & mores compone, &
studium impende, & tempus
expende.

*Quod religiosus volens proficere,
magistris se debet submittere*

C A P U T I.

IN primis. Esto sub tali re-

Magis-
stro stre-
nuo o-
p9 esse. (vel si talem habere nō potes)

etore & magistro, qui te præ-
dicta doceat verbo & exemplo
tu ipse tibi magister esto, qui
sit strenuus, ut ad hujus formu-
læ regulam compellaris, & in
nullo tuæ propriæ voluntatis
libertati relinquaris. Puer enim

Prov. 19. 15. qui dimititur voluntati suæ, id
est, puerili lasciviz, confundit
matrem suam, id est religionem.

Remis-
sio ordi-
nū cor-
ruptela. Ideoqué tot Ordines religio-
num confunduntur: quia pue-
riles mente sibimet dimittun-
tur:

tur sine fræno retrahente à noxiis, & sine virga ad salubria compellente; aut ex negligencia seniorum, aut ex nociva cōdescensione eorum, ne teneros animos frangant severa cōercitione. Sicut imprudens medicus, qui ne contristet ægrum, quem curare deberet, patitur eum nociva comedere, ex quibus gravius & diutiùs infirmatur. Et cùm in uno dissimilatur excessus & vitia, citò ab aliis trahitur in exemplum: ut etiam sibi talia impunita permittantur, quæ vident in aliis sustineri.

Quod perversi nec volunt corrigi, nec pati alios apud se fieri malitres

C A P U T II.

Tandem ad hoc ista mala libertas dilatatur & proficit,
cùm

Licētia cūm hæc à pluribus vident fie-
irrobo- ri: ut quasi pro lege & jure Or-
rās me- loris, defendant, & si quis con-
llorib⁹ adver- trarium dicere, aut docere ar-
satur. guendo præsumpserit, singula-
ris superstitionis improperiū
sustinebit, & quasi qui novum
Ordinem, & insolitum morem
inducere velit, ut delirus & va-
nus irridebitur, & omnibus fiet
onerosus; & tamquam teme-
rarius judex alienorum actuū,
persecutiones amarissimas su-
stinebit. Timent enim distor-
ti, & à via Dei exorbitantes,
ne si parecerent zelantibus pro
iustitia & religionis disciplina,
ne multos ad partem suam tra-
herent: & ita paulatim ad Or-
dinis obseruantiam etiam ipſi
tandem cogerentur, & præca-
vent ardentissimè, ne ad hoc
perveniant: & sub specie sin-
gula-

gularitatis extirpandæ, ejiciunt
à se illos & opprimunt, qui de-
siderant religionem ad statum
debitum reformari. Quod vi-
dentes alii, quibus hoc displi-
cet, aliquam bonæ voluntatis
scintillam habentes, sed tamen
infirmam, torrentur: & potius
student se illis cōformare, quos
fortiorem partem habere vi-
dent in multitudine & poten-
tia, quam cum istis tribulari,
& insuper infamari, juxta il-
lud, *Et qui recessit à malo, præ- Isa:59.
de patuit.* Hæc omnia experti
sumus in Ordine nigro, & in a-
liis. Nunquam autem contin-
gat nostram religionem ad sta-
tum similem pervenire, Amen.
*Quod volens proficere in nullo
debet esse negligens*

C A P U T III.

QUi tali fervore ad religionē
venit,

Cujus
vioētia
abster-
rentur
pii à
bono.

15.

Ne fia-
m⁹ de-
terio-
res in
religio-
nis or-
dinem
adscri-
pti.

venit, quod pro omnib⁹, que ei
mūdus promittere vel dare po-
tuit, noluit damnari in hoc sæ-
culo; nec pro divitiis, vel hono-
rib⁹, vel deliciis, nec pro amore
amicorū, vel proprii corporis,
dubitavit se tradere carceri pœ-
nitentiæ propter Deū: nō debet
modò vilior esse quam tūc fuit,
ut pro verbis hominum dese-
rat viam Dei, jam in ejus in-
gressu existens, à ejus aggres-
ſu, nec terroribus, nec blandi-
tiis potuit averti. Quod si ti-
mes, de singularitate notari, &
ob hoc aliis fieri odiosus; scias
quod nullus Sanctorum singu-
laris gloriæ factus est in cœlo,
nisi qui inter homines positus,
studuit esse in sanctitate vitæ
singularis, quod tamen de sin-
gularitate virtutum dico, non
de ceremonialibus observan-
tiis,

tiis, parvam aut nullam haben-
tibus utilitatem virtutis. Stu- Sancti-
dia autem sanctitatis in his cō- tatis
sistunt, in cavendo omne pec- studia,
catum, & omne scandalum, in qui-
quantum est in se, & in insisten- b9 cōsi-
do omnibus virtutibus humili- tunt.
ter, & in querendo familiarita-
tem Dei, per affectum devo-
tionis internæ, adversus hujus-
modi nulla est bona conformi-
tas, per quam hæc studia de-
struuntur. Cùm enim pro ju-
stitia, sicut & pro fide potius
debeamus pati, non solùm ir-
risiones & despectiones, sed e-
tiam persequitiones quaslibet,
& mortem, (sicut passi sunt
Sancti ante nos, & patientur
post nos in diebus novissimis)
quam fidem deserere, vel justi-
tiam vitæ peccado relinquere: Patien-
discamus in parvis verborum tia di-
& scenda.

& despectionum tribulatiunculis, ut si graviora nobis imminerent pro Christo certamina, sciamus per patientiam superare. Nam qui à levi flatu dejicitur, quomodo stabit à vento maximæ tempestatis? Hæc ad præmuniendum cor præmisisti, contra retrahentes à studio proficiendi in virtutibus: quia qui tale studium infest non diligunt, vix possunt in aliis secum morantibus æqua-
Monitū nimiter sustinere. Unde sicut
saluta- illi non dimittunt consuetudi-
re. nes malas & noxias propter nos; sic non oportet nos bona & utilia studia abjecere propter illos: quia si volunt ad vitam æternam venire, oportet eos nobiscum viam Dei non suam ambulare.

Quod

Quod religiosus non debet inten-
dere otiositati vel levitati

C A P U T IV.

N Unquam debes otiosus va-
gari, nec rumoribus & ver-
bis otiosis vacare; nec risui, nec
scurrilitatib⁹ deditus esse: quia
hæc faciunt mentem vagam &
inanem, & licentia istorum dis-
solvit cor à pondere timoris
Dei, & affectum internæ devo-
tionis exhaerit. Non evageris Sensus
hinc inde oculis curiosè singula diligē-
intuendo: & levitatis est indi- ter cu-
cium; & ea, quæ foris hauris stodiē-
per oculos vel per aures, stre-
pitum quendam interius susci-
tant, quo puritas intelligentiæ,
quæ in bonis meditationibus
mentem pascit, quasi quodam
pulvere obscuratur. Quidquid
non est tibi necessarium vel u-
tile ad tuum vel alterius profe-

O etum,

etum, pertransi, & noli immo-
rari: ne cor in eo figatur, vel
tempus infructuosè in eo ex-
pendatur.

*Quod religiosus debet se occu-
pare meditatione, lectione, o-
ratione, & operatione.*

C A P U T V.

Deo co-
gitati-
one in
haren-
dum.
Pf. 15. 8.

SEmper aliquid defer tecum
in memoria, quod de Deo
rumines cogitando; & mentis
tuæ intuitum semper in eum
desigere stude, sicut docet Pro-
pheta dicens: *Providebam Do-
minum in conspectu meo semper;*
hoc enim continet cor apud se,
ne commoveatur à se per va-
nam lætitiam, vel irrationabi-
lem tristitiam. Mundus enim
in quo fluctuamus, variis tem-
pestatum ventis agitatur: &
qui non vult navem cordis sui
quassationibus conteri, vel un-
darum

darum influxionibus demergi,
vel in exteris plagas ventorū
flatibus impelli, affigere eam
finibus bonarum cogitationum
assvescat ad petram immobi-
lem: petra autem est Christus. Memo-
funem, ne facile rumpatur, ex ^{ria Deo} tripli-
cato resticulo componat: vi-^{adfigē-}
delicet, ex sacrarum Scriptu-^{da funi-}
rarum devota lectione; ex se-^{plici.}
dulæ orationis compunctione,
ex bonarum actionum humili-
exercitatione. Lectio dat ma-
teriam, & quasi semen bonæ
cogitationis. oratio rigat, & ad
profectum roborat, & cor il-
luminat ad intelligentiam, &
impingvat affectum ad saporē.
bona actio, maximè condita
pingvedine charitatis & obe-
dientiæ, vel alterius virtutis,
læticat conscientiam, & dat
fiduciam spei in Deum, & si ad

horā intercipit devotionis quietē, tamen meretur postea maiorem dulcedinis infusionem, & gratiam puritatis.

Quod casuēdē sunt vanæ cogitationes, & inutiles occupationes

C A P U T VI.

Otios⁹ **E**riatus & vacans, cave tibi
ne sis o- à vanis, & à pravis cogita-
tiolis, tionibus, ne vel per modicum
in te morentur: quia citò in-
quinant cor labē cujuscunquē
vitii; ut luxuriæ, vanæ gloriæ,
odii, vel aliorum. Item cave
tibi ab inutilibus occupationi-
bus: quia tempus perdunt, &
cor inquietant, & utilia impe-
diunt, & devotionem dissipant.
Item à torpore accediæ & pi-
gritix, quæ mentem tepidam,
& corpus delicatum reddunt,
& ad bona opera desidiosum.

Quod

Quod inter homines cavenda est
tam ostentatio, quam super-
flus pudor.

C A P U T VII.

Inter homines existens, cave
tibi a duobus, quo ad te ipsu;
& a duobus, quo ad alios. Quo
ad te: cave ne aliquid facias, ut ^{Vana}
ab eis noteris unde gloriæ quæ- ^{gloria}
ras, in gestu, in voce, in sermo- ^{in ëni}
ne vel actu: quia peccatum est
& vanum, & cum putas eis
placere, forte displices, & ju-
dicat te, quod inanis gloriæ cu-
pidus sis, vel forte non adver-
tunt quod agis; & sic perdis co-
natum tuum inutiliter & vane,
sicut stulti, qui pictis imagini-
bus quasi vivis hominibus ob-
sequuntur, sicut habetur in
Psal: *Qui hominibus placent, id* <sup>Ps. 59.
6.</sup>
est, placere volunt, confusi sunt.
Item ne pudore superfluo ob-

Oz ruaris

Pudor
itē va-
nus.

ruaris in his, quæ coram homi-
nibus agere debes, loquendo,
cantando, vel aliud agendo:
sed ita liber esse stude coram
eis, ac si sine eis esses; & si intus
verecundia æstuas, foris repre-
me: quia quo magis notabilem
te facis ex pudore, eo plus con-
siderant te, & ita magis con-
funderis. Signum superbiæ vi-
detur esse, nimis erubescere de
illis defectibus, quos natura in-
didit: ut de deformitate cor-
poris, vel ruditate vocis, & si-
milibus. De vilitate autem ve-
stis, vel de humilibus obsequiis
erubescere, in paupere religio-
so gravis superbia est.

*De quib⁹ erubescere debet religio-
sus, vel humiliari in oculis suis*

C A P U T VIII.

Pudor
saluta-
ris.

VItium autem vel scanda-
lum erubescere, unde Deus
offen-

offenditur, vel aliquis scandalizatur. Apud temetipsum erubescit de peccatis tuis, de torpore in servitio Dei; de negligentia honorum, quæ posses facere & deberes; quod tempus defluit, & profectus virtutum non crescit; de hypocrisi, quod foris vis putari melior, quam intus te invenias; quod vitia tua occultas, non timore nocumenti alterius, sed timore displicendi, & ne vilipendaris, quod per bona, quæ ostendis, vis videri, Pudenda & placere hominibus: ut ex hypocrisis. his suspiciuntur te multo plura, & majora in occulto habere, ex quo talia foras prodeunt; quasi te dolente, quod vix adeo familiarem aliquem habeas ita unanimem, quem velles in omnibus agnoscere sicut te ipsum agnoscis, quod etiam sit

Cōfessio in confessione quandoqué, &
facta. si non audes peccata tua sup-
primere, quin ipsa accuses: ta-
mende illis, in quibus te magis
displicere times, ita ordinas
verba præmittendo, subjungē-
do, colorando, quòd minus ap-
parent verecunda; vel si forte
plus nudè profers, gloriaris, &
vis inde apud confessorem san-
ctus reputari, quòd tam humi-
lis sis, ut te magis quam nece-
se sit, studeas confundere con-
fitendo, quòd cum tentationi-

Itē ne- bus vitiorum maximē carna-
glichen- lium ita desidiosē pugnas, ut
tia intē solo timore periculi, vel con-
tationi- b9 præ- fessionis pudore eas repellas, &
mēdis. quantum audes in affectu cor-
dis arrideas, solo consensu ope-
ris vel morosæ delectationis ex-
cluso, & in hoc apparer major
perversitas: quòd cùm facile
quan-

quandoqué posses hujusmodi
tentationes quasi muscas im-
mundas abigere, ex negligen-
tia permittas eas crescere &
coalescere, & convalescere, do-
nec confortatæ jam periculo-
fiores fiunt, & difficilius vin-
cuntur, & conscientiam sæpiùs
pulsando confundunt, quòd ita
desidiosus es ad ea, quæ Dei
sunt, & quæ ad virtutis & de-
votionis studium pertinent, ut
pudor humanus plura ex his
magis à te extorqueat, quam
amor divinus, quòd ita ingra-
tus es beneficiis Dei, ut nō so-
lum debitas non agas gratias sus De-
pro perceptis, sed etiam gra-
tiam oblatam & paratam in
vacuum recipias, & negligas
utiliora, ad quæ tunc sentis ti-
bi arridere gratiam & occupas
te vanioribus studiis, quasi qui

Os texit

texit aranearum telas, quæ nō
 proderunt ad vestimenta salu-
 tis, quod illa ad quæ teneris sa-
 Negli-
 gētia in
 horari-
 is pre-
 cibus.
 cienda, sicut sunt Horæ Cano-
 nicæ & similia, ita negligenter
 & desidiosè persolvis, ut non
 tam meritum inde, quām sup-
 plicium exspectes: quia etsi
 verba ore utcunq; proferas, ta-
 men corde tam vagus es & af-
 fectu frigidus, quod nec sensum
 orationis percipis, nec devoti-
 onis affectū: & de ipsis verbis
 plurima defluunt accelerando,
 & utinam, non multa transilias
 omittendo, dum non attendis
 si dixeris vel non dixeris: nisi
 fortè ex conjectura alicujus
 verbi, quasi ex caudæ apprehe-
 sione reputes te dixisse. Deus
 autem etsi patienter dissimu-
 lat & attendit nostras negligē-
 tias, tamen non minus odit eas,
 sed

De Profectu Religiosor.

311

sed integrè dinumerat, districte
dijudicat, severè puniet, nisi
nos præveniamus faciem ejus
in humili confessione, in forti
satisfactione & in seriosa eme-
datione, quòd ad omnia, quæ Corpo-
ad corporis curam vel cōmo-ris cu-
rum pra.
dum spectant, studiosissimus pon-
es. quæ verò ad spiritūs profe-tur pie-
tati.
ctum, vel ad fraternæ charita-
tis exhibitionem, vel ad Præ-
lati obedientiam, vel carnis ca-
stigationem spectant, desidio-
sus es, quòd etiam hos & simi-
les plures defectus in te adver-
tens, non terreris, nec compun-
geris, nec discutis, nec corri-
gis: quasi Deus tecum aliter a-
cturus sit, quam cum omnibus
aliis, ut mala tua in correcta nō
puniat, & bona neglecta remu-
neret. Pro his & similibus, eru-
besce apud te, & ab aliis ea in

Q5

te

te dijudicari & reprehendi nō mireris, nec indigneris, sed verecunderis semper. Hæc & alia plura in memetipso veraciter recognoscens, erubesco & doleo: sed non tantum sicut debeo; & non emendo sicut possem & expediret. Ex meipso autem intelligo, quod hæc vel aliqua istorum etiam proximo meo inesse possunt: & ideo unusquisq; judicet & circumspiciat semetipsum, con-

Qualis
sit quis-
qué vi-
deat, &
qualis
esse de-
beat. si-
derans ex uno latere qualis sit, maxime quid sibi desit bo- ni, & insit mali ex vitio pro- prio, ex altera parte, qualis es- se debeat in virtutibus & mori- bus bonis: ut ex hoc & humili- liter ex cognitione defectus sui & provocetur ad studium pro- ficiendi ad illa, quæ videt se de- bere vel facere vel habere; &

Deo

Deo regratietur, si in aliquibus
fortè ex ejus gratia profecerit.

*Quomodo religiosus se debeat ha-
bere ad alios,*

C A P U T IX.

Quo ad alios, cave à duo-
bus. Primum, ut non cu-
riosè respicias, vel perquiras a-
liorum personas, vultus, dispo-
sitiones, habitum, gestus, facta
vel verba, vel officia; in quan-
tum tibi non attinet ista per-
scrutari, utilitatis causa, ita
pertransi, ita cogita ac si oves
essent, vel alia animalia: ut in
nullo circa illos occupies visū
tuum vel cor. Alterum, ut nō
judices vel dijudices de aliis,
quales sint, vel esse possint in
mente, in merito, in moribus,
vel in aliis: quia talis discussio
vana est, & səpissimè falsa, imo-
teme-

*Alii nō
judicā-
di.*

temeraria; qua insuper cor inquietatur, & aliquando inquinatur, & conscientia lœditur, & alia bona negliguntur ex tali occupatione, & si aliqua videoas de aliquo vel audias, quæ non placent, pertransi & obliscerre citò, committens eum sibi & Deo, maxime ubi ad te non spectat illius correctio ex debito magisterii, vel ex sociali familiaritate, vel denuntiādi necessitate.

Quod compassio debetur peccatoribus & afflictis, primo tamen Christo

C A P U T X.

Compaterem tamen peccantibus, quasi in tempestate maris naufragantibus: quia longè miserabilius est, in lacū inferni demergi, quam in profundum maris submergi, ora pro

pro eis, & plora cùm potes: ex
hoc enim mereberis, ut tu à si-
mili naufragio libereris. Beati
enim misericordes, quoniam
ipsorum Deus ita miserebitur,
ut à miseria liberentur. Sic e- Misera
tiam omnium miserorum affli- tio in
ctiones animo & oculo com- nobis
passionis intuere, & singula eo- excita-
rum miseras aggravantia stu- da.
diosè computa, diligenter pon-
dera: ut ex his affectus misera-
tionis in te pinguecat, & si
quas tu miseras pateris, tibi le-
viores in eorum comparatione
videantur. Collige etiam ex
his, quæ vides, passiones & la-
bores, & dolores & paupertat-
em JESU Christi: qui cùm es-
set dives, pro nobis egenus fa-
ctus est, ut illius inopia nos
divites in cœlestibus essemus.

Quæ

C A P U T XI.

1. Pro-
nitas
ad re-
prehē-
dendū.
2. Adu-
latio.

3. Phi-
lantia.

TRIA sunt communia vitia apud homines. Primum, pronitas reprehendendi, quæ in aliis vident, & non sunt secundum affectum eorum. Alterum est, adulatio, qua solent sibi invicem blandiri, laudando, arridendo, quarendo quomodo valeant, cum tamen non curent eos quandoque valere, honores inutiles offerendo: & aliis multis modis, in quibus non est utilitas: nec ex affectu faciunt, sed ex usu, ut placeant.

Tertium est, propria gloriatio de seipso: quod ea, quæ facimus, dicimus, sentimus & scimus, placent nobis & præferimus ea aliorum factis commēdando, vel occulte cogitando, & dedignamur si alii non mi-

ran-

rantur, quasi non habeant sa- Astutā
num judicium: & delectamur nota hu-
in laude nostra. Etsi aliquan- milia-
do nos ipsos accusādo humili-
mus, non purē hoc facimus:
sed volumus per hoc astutē a-
lium provocare ad laudem no-
stri, quasi non debeat pati ut
nos vituperemus, quod in no-
bis laudandum est; vel ad hoc
sæpè facimus, ut humiles repu-
temur, & saltem ex hoc pla-
ceamus, si alia placentia nō ha-
bemus. Qui ab istis tribus li-
ber esset, in magna puritate vi-
veret & quiete.

*Quod curiosa ē munera nō sunt
curanda religiosc,*

C A P U T XII.

NULLA curiosa habere cures,
ut imagines, tabulas, suda-
riola, Pater noster, & similia,
nec recipias, nec de aliis pro-
munu-

munusculis: quia occupant cor, & magistris nostris non placent, & facient te notabilem inter ceteros, & saepè sine licetia recipiuntur, vel dantur talia incaute, dum pudet eos toties pro istis recurrere ad magi-

Aroma ta non usurpa da.

stros. Species aromaticas non habeas: nisi pro evidenti necessitate non possis carere. Qui omnibus rebus peculiaribus carere posset, felicior es: quia multam distractionis materialia abscidisset. Si autem aliqua volueris habere, ut libros ratione studii & scriptoriola: nulla superflua collige, vel curiosa, sorris contentus necessariis in numero & valore. Ipse habitus tuus & omnia vestimenta tua simplicia sint & inculta, & corpus & gestus, & omnia foris apparentia, plana sint & pura;

Super-
flua &
singula-
ria sper-
nenda.

nil

nil notabiliter curiale vel cu-
riosum, vel singularitatis co-
lore respersum affectes.

*Quòd iudicia humana non sunt
curanda*

C A P U T XIII.

STude humano iudicio non Judicia
moveri; nec delectari favo-huma-
ribus, nec respectu contristari: na fal-
quia judicium hamatum cæcū fallun-
est frequentius, & ignorat ve- tur.
ritatem, & fallitur s̄pissimè,
nec si laudaris ab homine, es
ideo laudabilior: nec si despici-
ceris, es ideo vilior, stultus est,
qui stulto placere laborat. Quia
sicut cæcus non discernit inter
colores, nec surdus inter sonos:
ita insipiens homo nescit pen-
sare meritum dignitates. Un-
de cū aliquid agere te contin-
git, æstimabile, ut prædicare,
vel simile; non anxieris quo-
modo

modo ad placitum hominum
hoc perficias: sed invocato au-
xilio Dei, prout melius expe-
dire secundūm Deum intelli-
gis, stude facere. Et si bene
successerit, Deo adjutori refer
gratias, & noli extolli: quia
non propter te, sed magis pro-
pter aliorum orationes & me-
rita, gratiam tibi datam debes

Laudis & aestimare. Si autem minus be-
cōtēp¹⁹ ne successerit, noli turbari, nec
perinde ha- pudore confundi: sed gratias
benda. Deo refer, qui sic te ab elatio-
ne defendit. Sive autem bene,
sive minus bene succeſſe-
rit, flatim sic te habere stude
interius & exterius, ac si non
fecisses. Laudet qui vult, vel
despiciat: quid ad te? tu tace.
Excusationes & recusationes,
quando debemus aliqua hujus-
modi facere, ad hoc s̄apissime
fiunt,

fiūt, ne despiciamur vel præsumptuosi judicemur, qui talia audemus. Unde videtur melius, purius, & humilius, simpliciter facere, quod est facendum, vel obedientia jubente, vel caritate instigante. Si placet aliis, bene: si non, quid est tunc perditum? Nam cùm oportet te prædicare, vel simile fecere, quod aliquid honoris videretur habere; si bene feceris, lucrum habes de laboris profectu: si minus bene, iterum lucraris meritum humiliationis tuæ; & quod post hoc minus ad hujusmodi cogeris ab his, quibus non placuisti. Omnes Alter sumus alterutrum expositi, ut obnoxius alter alteri placeat vel disciplenus ju ceat; unde cum in mea non sit dicio. potestate, ut tibi placeam, sed in tuo arbitrio vel affectu, quæ tibi

tibi dare non valeo; si multū laboro tibi placere, forsitan nihil proficiam, quia aliter judicium tuum dirigitur: & ideo nihil in hac parte melius video, quam ut soli Deo studeat homo placere, & proximum non scandalizare, vel scienter offendere; & committere Deo, si hominibus placeat vel displateat, humiliter & patienter,

1. Cor: juxta illud: *Mibi prominimo est,*
 4. 3. *Judicia ut à vobis judicer, &c.* Si qui-homi-nū non curāda. nevolentiae, non tuæ probitati: si quibus autem displices, attribue tuo merito, & cogita, quod si ex tantillo eis displices, sicut exteriùs cognoscere valent in te vilitatem tuam: quid fieret, si radicitus perspicerent omnia vitia tua, & peccata, & inhonesta quæqué; mirum si non

non ejicerent vel lapidarent te. Nemo
Pro me loquor. nunquam tan-
tum à fidelibus despectus sum,
sicut despabilis in veritate sū.
prome-
rito fa-
tis cō-
tēptus
fuit.

Unde nō debeo indignari cùm
aliquando despicio: sed mira-
ri & reputare pro beneficio Dei,
quòd non omnibus odiosus sū.

*Quòd detracētio est per patien-
tiam superandas,*

C A P U T XIV.

ET cùm detrahi tibi intelli- Detra-
gis, non movearis: quia si ctio nō
verum est quod dicitur, non
est inconveniens hoc loqui ho-
mines, quod tu facere ausus es,
si autem verum non est, non
nocet tibi eorum locutio, ve-
lut si albus es, & diceret ali-
quis te nigrum esse, quid obes-
set tibi illius dicere? nihil: cùm
tu es, quod es, & non aliud,
ut si quis aestimaret te capram
esse,

esse, tamen homo es. Si autem ad primos motus hujusmodi adversitatum turbaris, & inflammatis ex impatientia: reprime iram, & sustine ad modicum, sicut qui sustinet ustionem cauterii, vel sectionem

Imo prodest.

Chirurgi, cogitans utilitatem patientiæ, & citò sanari incipies & melius habere, imo hoc ipsum impugnari intus ac exacerbari, magnæ utilitatis est: quia est purgatio peccati, utilissima, exercitatio virtutis, meritum gloriæ, præparatio pacis. Nemo coronabitur, nisi qui legitime certaverit.

Quod nullus debet odio haberi
malus aut despici, propter
spem correctionis,

C A P U T . X V .

Rancorem erga nullum in corde retine, ad omnes mite

te cor & pacificum habere stu-
de; nec pro tua offensa, nec
pro ullius vitio aliquem odito;
ne fias cum illo sub specie ze-
li pariter vitiosus. Si non con-
venit tibi ejus habere familia-
ritatem, propter vitæ ejus dif-
formitatem: sic displiceat tibi
malum quod habet ex se, ut nō
sit tibi execrabile bonū, quod
est ex natura in præsenti, vel
ex gratia forsitan in futuro.
Multi enim sunt mali, qui sient
postea boni, quod de omnibus
viventibus est sperandum.

*Quomodo sit conversandum cum
illis, qui hominē oderunt &
persequuntur,*

C A P U T XVI.

QUOD si quis te oderit, Nō cō-
& detraheret, & niteretur tēdēdū
confundere, & gravare, si cum quo.
eo in similibus vis contēdere,

P

non

Mitis
ad önes
esto.

non vincis eum, nec placas, sed provocas: sicut qui canem latrantem minando provocat ad mordēdum, qui si latratus ejus non advertendo transiret, cito-
ius eum compesceret ut abi-
ret. Nam cūm hoc intendat omnis adversarius, ut molestet,
& provocet illum cui adver-
satur: si videt te exacerbari &
contristari, habet quod querit,
& tanto fortius instat quomo-
do te gravet, quanto plus vi-
det valere conatus suos ad id

Patien-
tia vin-
cit.
Y

quod intendit. Si autem vide-
rit quod patienter sustines, &
pertransis ac si non sentias:
cōfunditur in seipso, & cōfrin-
gentur tumentes fluctus ejus,
& ex indignatione sua quiescat
videns, quod non valet efficere,
quod querebat, scilicet ut te

contur-

conturbaret, vel certe confusus compungetur & corrigetur exemplo patientiæ tuæ emendatus. Quod si fortè obstinatus nec corrigitur nec desistit te persequi; disce aliquid pati pro Domino: quia ille, qui tibi adversatur, gravius torquet se ipsum quam te, qui autem se ipsum morderet & laniaret in odium tui, quid te laderet? imo de se te vindicaret, ipse non tu morsuum vulnera sentiret, ita sentias & de illo, qui te odit, se Aliena
malitia
tibi laniat non te, unde tu habeto pacem tecum, & aliena malitia nocet. non tibi nocebit. Quod etsi verba mala & contumelias tibi intulerit: discere debes, ut omnia verba habeas pro fono transeunte; nisi quantum vales ex eis adificationem accipere, sed in quantum perturbare possunt

S. Bonaventura

& scandalizare, sint tibi ut aviū
garritus, & latratus canum,
hæc cùm audis pertransis, &
non euras. Noli similis illi fieri,
qui tibi detrahit: quia sicut
in illo odibile est vitium detractionis,
ita etiam esset in te. Ne-
mo autem in odium adversarii
sui fibimet præcidit nasum, vel
eruit oculos: sic nemo sapiens
vinci à deturpat se ipsum, ut se vindicet
de inimico; quia tunc non
tristitiam, sed lætitiam conferret
inimico. Si patienter fers
jacula adversantis, aliis compati-
tientur tibi, & impugnabunt
pro te adversarium tuum tetra-
cente, & diligent te amplius. Si
autem te vindicare volueris, &
defendere resistendo: aspicient
& despiciunt vos pariter mor-
dentes, & scandalizabuntur in
utroqué. Doctrina Christi ma-
gistrorum

De Profectu Religiosor.

329

gistri Domini nostri est, cuius
te esse discipulum professus es
in professione regulæ; *Diligere* Sed vi.
inimicos, bene facere odiētib⁹ nos: ce in
& sic nostra benignitate vincē- bono
re illorum malitiam; sicut ipse malum
malos mutat in bonos, patien- Mat: 5.
ter eos ut convertantur exspe- 44.
ctando, & beneficiis alliciēdo.
Reg: 1.
10.

*De illis, qui magis volūt alios
reprehendere, quam se
emendare,*

C A P U T XVII.

*C*orrige in te quod in alio
reprehendis: & doce te
quod utile unicuique cognoscis. Fervor tuus agat in te
priùs: & ita inflammatus alios
calefac, sicut ignis proxima
priùs, & postea remotiora ca-
lefacit, tu tibi proximus esto
in correctione, regula ingenii
tui, & zelus justitiae primo for-

Tu fa-
cito
prius
quod a-
lios vis
docere.

met te in exemplar artistuꝝ a-
liis imitandum, ostende in pro-
prio opere tuo, cuius peritiꝝ
sis in opere alieno. Quidam
sciunt multa in aliis corrigere,
& vitam aliorum ordinare: in
se ipsis autem multa incorre-
cta relinquunt, nec minimam
diligentiam adhibent, ut statū
proprium ordinent ad profe-
ctum virtutis. Quandoqué so-
mniant, si essent in tali statu vel
officio, vel dignitate, quām be-
ne vellent illā disponere: suum
autem statum in quo jam sunt
nec sollicitè discutiunt, nec e-
mendant. Si aliquando admoni-
ti per alium, vel ex casu for-
tē ad se reversi, cogitant se ad
meliora extendere: nec provi-
dē disponunt qualiter hoc fa-
ciant; vel in eo quod providēt
non perseverant, consuetudine
dissol-

dissolutionis & torpore eos ad
solita revocante.

Quod sensus & cogitationes do-
mandae sunt, ne per licentiā
insolecant,

C A P U T XVIII.

Esto tuimet potēs, ut statim Cogitat
ad nutum rationis assivescas tiones
tam cogitationes cordis, quām & ope-
mēbra & sensus corporis à no- tione
xiis retrahere, & in bonis studi- dirigē-
is occupare: oculos, manus, lin- dae
gvā, auditū & cogitatū, quasi in
frēno manu tene, ne insolēter
evagentur extra disciplinæ ter-
minos. Quia sicut avis vel be-
stia ex coercitione domita, rur-
sus ex relaxatione fit indomita:
ita & sensus exteriores & cogi-
tationes, & affectiones interio-
res, nisi sub districta cautela re-
frēnentur, ex libertatis licentia
insolescunt, ita ut postea diffi-

cilius redigantur sub rationis
magisterio, quām in principio
Princi- cōversionis. Inde est quōd per-
piis ob- versi difficilius corrigūtur, quā
ita. nunquam adhuc conversi. Si-
cut animalia difficilius domā-
tūr vel mansvescunt in senectu-
te, quām in juventute, & sen-
sus juvenum capacior est sciē-
tiæ, quām senum, & inveterata
arbusta inflexibiliora sūt, quām
recentia & tenera.

*De discussione sui, & quæ sint fu-
gienda, reprimenda, regen-
da & toleranda,*

C A P U T X I X.

Sæpè SÆpissimè discute te ipsum,
te inspi & considera statum mentis
ce &
exami- & corporis: quid defit; si de-
na. ficias vel proficias; quid impe-
diat profectum, & quomodo
illi obvietur, aut declinando,
aut resistendo, aut regendo, aut
tole

tolerando. Peccata declinanda sunt & fugienda, vitiis impugnantibus resistendum; officiū, vel alia occasionaliter impedientia regenda, & ordinanda discrete ad profectus materiam; adversitas toleranda, & per usum tolerandi fit magis tolerabilis: & ideo tam odiosa est nobis adversitas, quia nolumus afflescere. Si aliquis domesticus tuus, vel vicinustibi fuerit modo in corde onerosus: illi stude ^{Adver-} ^{fa quo-} ^{modo} ^{superā-} ^{da.} magis obsequiosus esse & affabilis, & citò senties remediū illius morbi.

Quod appetitus, quo appetit homo diligi ab hominibus, est abiciendus,

C A P U T XX.

NON multum affectes diligi: quia distractio cordis mala est, & à quo queris diligi, illi spernēda.

Prosectur etiam

etiam appetis placere, & ibi etiam admisces se adulatio, & sœpè simulatio: ne forte disdiscere incipias, & minus diligi, turbaris etiam quando suspicaris te minus diligi, quam desideraveras vel speraveras. Pauci etiam sunt sibi in sensu & affectionibus, & moribus ita conformes, ut non sit aliquando dissensionis materia aliqua inter eos, quæ est dilectionis adversatrix. Item à fæminis vel le diligi, etiā præter tentationis laqueum, & occupationis materiā, & turbationis occasiones continuas, nota suspicio: observationis non carebit.

Dilectionis Dei diligistude fideliter: & de alio appetēda.

rū circa te dilectione relinque illorum arbitrio, & divinæ voluntati. Dilectio hominū fal-

lax

lax & instabilis: facile lax-
dit, & ad modicum utilis, &
sæpè nociva. Si dignus fueris,
diligeris: sin autem, non est ju-
stum diligi indignum, nec ul-
lam ei reverentiam exhiberi.

S. LEO MAGNUS.

Qui non proficit, deficit: &
qui non acquirit, non nihil per-
dit. Ser: 8. de Pass: Dom:

Libellus hic de Profectu Reli-
gioforum à Sancto Bonaventura
Doctore Seraphico concinnatus,
& à R. P. Henrico Sedulio ex-
purgatus, lucique restitutus, ni-
hil nisi sinceram doctrinam spi-
rans, non potest non esse utilis o-
mibus divinae sapientiae ama-
toribus.

Laurentius Nagelmaker,

P6

Archit-

S. Bonaventura
Archidiac: Mechliniensis,
librorum censor.

Id ipsum censeo & ego

Fr. Gerardus Jaceanus, Or-
dinis Minorum, Regularis ob-
servantiæ, Provinciæ Germa-
niæ inferioris Commissari-
us.

SAN-

S A N C T I
BONAVENTURÆ

337

Ordinis Minorum,
S. R. E. CARDINALIS,
Episcopi Albanensis,
Seraphici Doct: Ecclesiæ,

E P I S T O L A ,

Memorialia XXV. pietatis exi-
mia documēta cōplectēs.

In Christo suo dilecto, F. Bona-
ventura de Balneoregio, confrater
ejus in D. qualicunq; bomine ve-
tere jam exuto, Christo vivere,
et mori mundo.

Quoniam dilecte mi Frater
in Domino, adhuc mihi, in
præsentia tibi posito instantis-
simè supplicâsti, ut te in poste-
rum aliquibus literis exhorta-
tionis visitarem: novi frater,
quod

quod hæc dicens, ardentes pru-
nas cōgesseris super caput meū,
verumtamen affectuosè instan-
do, duritiae meæ superbiā sup-
plici humilitate vicisti, in tātū
ut ipse jam promitterem quod
optabas: quamvis magis dignū
foret hæc me à te suscipere, quā
me tibi hujusmodi destinare.
Quia tamen instantia tuæ devo-
tionis me compellit, stultum
fieri in parte ista: sicut potero
qualitercunq; experiar quod
hortaris; non tamen tibi alia
specialia scribens, nisi ea, quæ
rudia & simplicia mihi ipsi col-
ligere proponebam, ex quibus
jam plurima bene nōsti. Sed
interim alloquens dilectionem
tuam charissimam, cùm nul-
lus, sicut experientia certa do-
cet, perfectè Deo servire pos-
sit, nisi dissolvere ñino se pro-
curet

curet à mundo: oportet, si se-
qui volumus Dominum Salva-
torem, voci nos Propheticæ o-
bedire: ut scilicet peccatorum
colligationibus dissolutis, *dis-*
solvamus fasciculos deprimētes;
Isa: 18.
6.
quatenus à terrenis actibus dis-
soluti, sequamur liberis gressi-
bus Redemptorem: quia juxta
Apostoli testimonium, *nemo i. Tim:*
militans Deo, detet se negotiis 2. 4.
secularibus implicare. Nunquā
ergo de aliqua re creata, nisi in Corli-
quantum nostrum excitet divi- berum
nia amoris & dilectionis affectū, sit.
cor nostrum esse solicitum per-
mittamus, quia multiplex re-
rūm labentium varietas plus
debito ruminata, non solum a-
nimūm distrahendo, pacatæ
mentis gratam interrupit quie-
tem; verum etiam in animo gi-
gnendo phantasias, turbulentæ
quaissa-

quaßfationis molestia, impor-
tunè impellit eandem; sed po-
tiùs affectionis omnium terre-
norum sarcina onerosa deposi-
ta, absqué retardationis grave-
dine, currant ad illum, qui nos
salubriter invitat, in quo est a-
nimarum opulenta refectio, &
pax summa, quæ exsuperat o-

Matt: mnem sensum. *Venite ad me,*
11. 28. *Dulcis inquit, omnes, qui laboratis, &*
vox in-onerati estis, & ego reficiā vos.
vitatis
Chri- O Domine quo indiges? quare
sti. vocas? quid tibi commune no-
biscum? O veræ pietatis vox!
Venite ad me, inquit, & ego re-
ficiam vos. O Dei nostri digna-
tio admirabilis! O charitas in-
effabilis! Quis enim aliquando
fecit talia? quis unquam audi-
vit: quisve conspexit similia?
Ecce, invitat inimicos, horta-
tur reos, allicit ingratos. Veni-
te,

te, inquit, ad me omnes, & di-
scite à me. Tollite jugum meū
super vos: & invenietis requie-
animabus vestris. O verba dul-
cia, verba Deifica, & penetra-
bilia omni gladio ancipiti,
intima præcordiorum evise-
rantia, nimiaquē repleta dulce-
dine, usqué ad divisionem ani-
mæ pertingentia! Expergisce
re nunc, ô anima Christiana, ad
tātæ benignitatis amorem, dul-
cedinis tantæ saporem, & ad
tantæ svavitatis odorem. Cer-
tè qui ista non sentit, infirmus
est, alienatus jam proximat
morti. Inardesce quæso, ô ani-
ma mea, pinguesce amore, dul-
cesce sapore: nemo te prohi-
beat intrare tenere, gustare.
Quid amplius quærimus? quid
ultrà exspectamus? quid desi-
deramus in hac vita? Habe-
mus

In qua mus in Christo omnia bona,
omnia bona. Sed heu ô infania nostra mira-
bilis! ô infirmitas miserabilis!
ô vesania detestabilis! Nam
vocamur ad requiem, & sequi-
mur laborem; invitamur ad
solatium, & querimus dolorē,
promittitur gaudium, & appe-
timus mærorē. Mirabilis pror-
sus infirmitas, miseraquē per-
versitas. Jam omnes insensibi-
les facti sumus, & quasi dete-
riores simulachris habentes o-
culos & non videntes; aures, &
non audientes, rationem, & nō
discernentes, amarum dulce, &
dulce amarū ponētes. O Deus,
unde nobis tantæ perversitatis
correctio? unde nobis tantæ
offensionis satisfactio? Certe,
nihil tale invenitur in nobis,
nisi tuo munere tribuatur. Tu
enim solus potes nos corrigere,
tu

tu solus pro nostris delictis sa-
tisfacere, qui solus nosti signe-
tum nostrum, salus & redem-
ptio nostra, qui solum illis hoc
facis, qui se miseros conspiciē-
tes in imis, à te solum relevari
confidunt. Levemus ergo ad
Deum mentis nostræ oculos in
directo, & videamus ubi nunc
prostrati sumus: quoniam *qui*
propriū casum ignorat, surgere
minus curat. Cognoscentes ve-
rò clamemus in fortitudine ad
Deum de profundis, ut nobis
adjutricem porrigit misericor-
diæ suæ manum, quæ abbrevia-
ri nunquam poterit ad salvandum.
Ne quæso confidentiam
amittamus, magnam remune-
rationem habentem, adeamus
tibi onum gratiæ juscum fidu-
cia, fructum nostræ fidei repor-
tantes, salutem, scilicet ani-
marum

marum nostrarum. Nulla nobis insit cunctatio. Jam vita nos vocat, salus exspectat, tribulatio compellit intrare. Quid ergo facimus? quid pigritamur? quid moras contrahimus? Festinemus ingredi in illâ requie jucunditatis æternæ, ubi sunt magna & inscrutabilia, quorum non est numerus. Ascendat quæso Jerusalem super cor nostrum, suspiremus ad patriam nostram; tendamus sursum ad matrem nostram. Introœamus in potentiam Domini, & intueamur nostrum regem in ea regnante, & liquecant in miserationibus ejus corda nostra. Agamus illi gratias toto corde, qui defectum nostræ ingratitudinis non consideras, suæ non abstulit à nobis misericordia pietatem, desiderium nobis tribuens,

buens, ipsius viam currere mā-
datorum, quam sine desiderio
nullus currere potest: quōd
quidem munus non est vilipē-
dendum, sed gratiæ reputan-
dum, cùm hoc Prophetarum
ille eximius se afferat cōcupis-
se, qui ait: *Concupivit anima* Ps. 118.
mea desiderare justificationes tu- 20.
as in omni tēpore. Sed quia hoc Sine te-
ipsum desideriū aliquando ni- pore.
mia tepiditate nostræ incuriæ
& negligentiæ lassescit: cogita-
vi quædam incitationis hujus
memorialia annotare, in quib⁹
fugienda pateant & sequenda,
quæ quidem cum affectu affe-
ctuose speculantes, pristino vi-
gore resumpto, tam diu infati-
gabiliter, virtutibus & gratiis
in charitate divina crescamus,
quo adusqué perfectum veniat
desiderium collum æternorū.

Po-

Ponuntur autem memorialiū prædictorum prius quædam generalia, postmodum specialibus subsequentibus.

Memorialia generalia.

Sunt ergo quædam virtutes probatæ in juvenibus, & scala salutis, per quas sine dubio ad perfectionem virtutum, & culmen gloriae possunt ascendere, fideliter exercitati per eas: videlicet sancta verecundia in cunctis rebus & actibus; scilicet tarditas loquendi, promptitudo obediendi, frequentatio orationis; fugere otium, & dissolutiones, pure & frequenter confiteri, libenter servire, & infructuosum consortium devitare. Hæ namquæ sunt margaritæ fulgentes, quæ possessorem suum Deo & Angelis faciunt gratiosum. Dum autem ei placue-

Scala
salutis
o sto gra
duum.

placuerit, quite segregavit ex utero matris tuæ, vocavitque per gratiam suam, ut in te revelaret imaginem filii sui, de miserabili servitute Ægyptiaca transferente in libertatem filiorum Dei, jamque in viam novi hominis inceperis pedem ponere, quæ inter timorem & amorem humilitatis est semita constituta: tunc per eadem humilitatis viam, ad eminentiora condescendens, poteris te in altioribus exercere, ex quibus certa memorialia subscribuntur.

De cōsolationib⁹ saceruli deserēdis.

Primum. Oportet ergo ante omnia te cupiētem vestigia sequi Salvatoris, ut spem tuam totā fixam in Domino habeas, de omnibus hujus mundi consolationibus penitus desperās.

De

*S. Bonaventuræ
De vitiis & concupiscentiis ex-
tirpandis.*

*Secundū est, ut ab omnibus
vitiis & concupiscentiis malis,
in quantū sustinet humana cō-
ditio, te ipsum studeas penitus
emundare, ut fermento veteri
totius malitiae & nequitiae ex-
purgato, ambules in novitate
vitæ post Christum: quia nisi
priùs hujusmodi cathenas ini-
quitatis confregeris, anima tua
in tenebris aggravata, ad cœle-
stia non poterit elevari.*

De colligationibus resecandis.

*Tertium est, ut à te ipso dis-
solvas omnem colligationem
extrinsecam, ut sana & pura
mente possis Deo colligari.*

*De tribulationib⁹ cum patiētia
tolerādis.*

*Quartum est, ut amore altis-
simi & sponsi tui Christi, o-
mnes*

mnes mundi hujus persecutio-
nes æquanimiter feras: imò si
possibile est, pro voto suscipi-
ens, solum in Christi passioni-
bus delecteris; renuensqué o-
mnem temporalem lætitiam, in
ipsis tribulationib⁹ hilarescas;
omnes reputans tibi ad purga-
tionem peccaminum, & lucrū
anímæ tuæ præparatas.

Ut de nulla re conqueraris.

Quintum, ut cùm Creatore
tuum te sentias offendisse, ra-
tionem tibi fieri non poscas ab
aliqua creatura.

De sui ipsius contemptu Et pau-
pertate.

Sextum, ut habeas despectui
temetipsum cupiens ab omni-
bus despici: zelansqué sacrati-
simam paupertatem, in omni-
bus, quæ ad te spectant, asperi-
tatem, vilitatem, & parcitatem

Q

ha-

habeas quantum potes: non tamen in aliis requiras, sed potius latus & gaudens de omni consolatione fraterna, eis sicut oportet obsequendo & ministrando assistas, omni consolatione eos reputans esse dignos, nisi (quod absit) ita tibi in aliquo pateret divina offensa, quod omni excusatione caret; de qua competiendo & timendo, ex intimo corde doleas quantum potes.

De honoribus fugiendis.

Septimum est, ut omni tempore in timore stans, blandicias hujus saeculi, honores, glorias vel favores, aurasq; vanæ gloriæ; quasi mortiferas pestes omnino fugias toto posse; stansque continuo in te ipso, omni hora habeas te suspectum: quia si tui ipsius victoriam fueris af-

secu-

fecutus, nullus hostis interius
vel exterius tibi nocebit.

De humilitate vera.

Octavū est, ut amore illius,
qui cùm sit Dominus omnium
cœlestium, terrestrium & in-
fernorum, pro nobis assumpsit
vilissimam servi formam, in ea
subjiciens se voluntariè homi-
num potestati, humiliando te
ipsum, omnem hominem repu-
tes tuum dominum, & te ve-
rissimè reputes servum omniū,
& in omnibus circa hominem
te reputes sicut servum: sic e-
nīm tranquillitatem & pacem
cum omnibus perpetuam ob-
tines, scandalum penitus igno-
rabis.

*De pace animæ, & quomodo
habetur.*

Nonum, ut nihil eorum tan-
gas, quæ te spirituali utilitate

Q2

non

non tangunt: hoc est, de nulla
re cures, vel implices te in ali-
quo, exterius vel interius quo-
quo modo, ubi non invenis a-
nimæ tuæ lucrum, nec in hu-
jusmodi te ab aliquo implicari
permittas.

De custodia sensuum.

Decimum, ut visui atqué o-
mnibus corporis sensibus o-
mnimodam custodiam ponas:
ita ut nihil prorsus velis videre
vel audire, aut tangere, nisi u-
tilia animæ tuæ. Lingvam etiâ
diligentissime restringas: ut ni-
hil loquaris, nisi interrogatus,
vel necessitate, vel utilitate e-
videnti coactus; & hoc cum
reverentia animi, & timoris
dulcedine, breviter & submis-
se, si potes, semper devitans pro-
lixitatem verborum, eorum
occasionses juxta posse præscin-
dens.

De

De solitudine & vigiliis.

Undecimum, ut gratam san-
ctamq; solitudinem desiderans
omni tempore operationē vi-
giliarum habeas pretiosam, in
ipsis semper offerens Deo ora-
tiones tuas cum attētione ver-
borum, doventionis fervore, &
humilitate profunda.

De divino officio.

Duodecimum, ut cum debes
divinum officium celebrare, ita
*factus in te ipso quietus obli-
scaris omnium terrenorum;*
quatenus fixa mente cœlestib⁹
insistens mysteriis, cum tamen
illud devotione, reverentia,
gaudio ac timore persolvas,
quasi inter Angelorum agmina
constitutus, divino conspectui
laudes præsentialiter offeras
cum eisdem.

Q. 3

Quod

Quod super omnia habeas in de-
votione Virginem gloriosam.

Tertium decimū, ut gloriosa
Reginam Domini nostri Matrē
benedictam, in summo habeas
omni tempore venerationis af-
fectu: & in cunctis ad eam ne-
cessitatibus, periculis & pres-
suris, tanquam ad refugium tu-
tissimum te convertas, ipsius
tutelæ præsidū flagitando, eā-
qué in tuam suscipiens advo-
catam, devotissimè ac securè
tuam ei causam committas:
quia mater est misericordiæ,
quotidie studens ei specialem
& singularem reverentiam ex-
hibere. Et ut tua devotio sit
ei accepta & reverentia grata,
ipsius puritatem & munditiam
cum omni virtute, mente, &
corpore, illibatè in te ipso ser-
vando,

vando, toto conatu nitaris, humiliata & mansuetudine ejus vestigia imitari.

Quomodo fugienda sunt cōsortia mulierum.

Quartum decimum, ut ubiqū quē mulieres & virgines & juvenes quoscunquē, præter necessitatis vel manifestæ utilitatis causam devites, & unum ubiqunquē fueris elige tibi patrem, virum sanctum, discretum & pium, doctum potius experientia operis, quam sublimitate sermonis, qui te verbis & exemplis efficacibus & probatis, ad divinum amorem instruat & inflammet; ad quem in cunctis necessitatibus tuis possis habere recursum, & spirituale solamen.

De fuga acedie & tristitia.

Quintum decimum, ut omnem

Q 4 frigi-

frigiditatem acedix & tristitia,
in qua latet via confusionis,
qua dicit ad mortem, à te ipso
summo studio depellens, inter-
rius exteriusqué serenus sem-
per & tranquillus existas; nul-
li contradicas, vel resistas in a-
liquo: sed potius omni modo,
per omnia omnibus acquiescas,
dummodo divinæ laudi vel sa-
luti animæ non obsistat.

*Quod de omnibus habeas bonum
exemplum.*

Sextumdecimum, ut omnes
affectiones tuas, ac voluntates
conformes divinæ voluntati,
omnia te ædificent, nequé te
deædificet aliquid in hoc mo-
do, puritatis & innocentia gra-
tiadivini tibi munera elargi-
tae, nec aliorū plus debito defe-
ctibus perturbatus, iniquitatē
addendo iniquitatem, alienis
fordi-

fordibus polluaris: ne, dum
cupis alios de pelago liberare,
deterius ipse corruas in profū-
dum. Potius igitur omnia qui-
bus non petes sine detrimento
prodesse, operiens charitate be-
nigna, illi summæ sapientiæ de-
relinquas, quæ novit bona de
malis elicere quibuscunque:
sicquæ in bonis operib⁹ pariter
atquæ malis, spiritualem, Do-
mino concedente, poteris re-
perire profectum.

De custodia cordis.

Septimum decimū, ut cor tuū
servans omni custodia, solis spi-
ritualibus exercitiis deditum,
nullæ ibi rerum visibilium im-
primantur concupiscentiæ: ut
creaturis omnibus alienum, li-
berè possit vacare omniū crea-
tori.

Q 5

De

De charitate ad proximos.

*Octavum decimum, ut imaginē
ac similitudinem majestatis di-
vinæ considerans in cūstis ho-
minibus, ita omnes diligas inti-
mæ charitatis affectu, omniū-
qué, & maximè infirmorum,
& quorumcunq; indigentium
curam geras; dummodo circa
spiritualia tibi non fiat nociva
distractio: sicut bona mater di-
ligit atqué curat unicum filium
prædictum.*

*De orationibus cum operib⁹**sanc̄tis.*

*Nonum decimum, ut continuē
mentem tuam ita habeas ordi-
natam cum Deo, sic quod o-
mne opus tuum atqué exereitiū
tam mentis, quam corporis sit
oratio: omniaq; servitia, &
maximè humiliora cum tan-
to facias charitatis fervore, ac
si ea*

si ea Christo corporaliter exhiberes. Quod certè debes & potes veraciter cogitare: quoniam ipse dixit in Evangelio: *Quod 25. 40. uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Matt.

De obedientia sancta.

Vicesimum ut honorem & reverentiam omnibus tam debitam quam devotam, sanctissimæ obedientiæ normam, non solum magnis, verum etiam minimis, quasi pupillam studeas semper servare illæsam. Obedientia pudiens quidem nedum majori bus ut prælatis: verum etiam omnibus subjiciens quibuscumque, abnegando te ipsum pro Christo; in bonis & indifferetibus semper alterius studeas facere voluntatem; in nullo præbens te alicui onerosum: sed potius in charitate Christi

Q6 dili-

diligens universos, te ipsum
communiter omnibus gratum
reddens, affabilitates, amici-
tias, & familiaritates fugias sin-
gulares. Summoperè caveas
ne unquam verbo vel facto, vel
gestu alicujus rancoris, odii,
clamoris, injuriæ, turbationis,
murmurationis, detractionis,
scandali, & adulacionis, & quo-
rumcunq; similiūm aliqua ra-
tione vel modo, per te vel ali-
um, causa vel occasio fias.

*Quòd tribulationes & consola-
tiones occulte teneas.*

Vicesimum primum, ut virtu-
tes vel gratias speciales, quas
in te, vel per te divina miseri-
cordia operari dignatur, tribu-
lationes & prælia, virtutisqué
propositum, vel similia, ab o-
mnibus abscondere studeas
quan-

quantum potes. His tamen exceptis, quæ proprio sacerdoti in propria debent accusatione detegi: nisi fortè alicui tuo speciali & probato amico, ea spiritualis utilitatis gratia revelares, cujus consilium vel doctrinam in hujusmodi credas tibi posse valere, solicitus semper furari tempus ubique: ut possis solitæ orationi & meditationi sanctæ vacare, ut sedendo solitarius elevatus sis desiderio ad superna.

Quod Deum semper & ubique habeas in memoria.

Vicesimum secundum, ut solutus ab omnibus creaturis, tanto mentis conatu, desideriiq; fervore, circa tuum Creatorē intendas, ut quasi omnium inferiorum oblitus, quidquid agas, & ubicunq; steteris, & quibuscunq;

cunq; negotiis impliceris, die
ac nocte, & omni momento, &
hora Deum semper habeas in
memoria, credens & cogitans
te esse verissimè coram eo, &
ipsum cogitans undiq; te aspi-
cere. Hæc autem cogita cum
magna reverentia ac timore pa-
riter & amore, & cum magna
discretione: nunc ante pedes
immensæ majestatis ejus pro-
stratus, corde amarissimo pec-
catorum veniam postulando;

Exerci- nunc sacratissimæ passionis Fi-
tia de- lii Dei, gladio compassionis co-
vo- tio- ram ejus cruce vulneratus, cum
nis & eo lacrymosus & flebilis appa-
pieta- rendo; nunc totius vitæ illius
tis. decursum obliquitatit uæ velut
rectitudinis lineam proponen-
do nunc in enarrabilia & im-
mensa Dei beneficia mente per-
tractans, gratiarum actionibus
insi-

insistendo; nunc stimulis ipsius
amoris ardentissimè punctus,
ipsum in creaturis omnibus in-
tuendo, nunc potentiam, nunc
sapientiam, nunc bonitatem &
clementiam ejus attendens, eū
devotissimè in cunctis operi-
bus suis collaudando; nunc de-
siderio Patrix cœlestis attra-
ctus, ad ipsum gemebundis su-
spiriis anhelando; nunc circa
nos viscera inæstimabilis cha-
ritatis ejus aspiciens, lœtabun-
da quadam & excessiva admi-
ratione, corde & animo in ipso
deficiendo; nunc te præcipite,
nunc te fugientem, nunc te ru-
entem, nunc Deū te tenentem,
sublevantem, retinentem &
attrahentem; nunc Deum te
ingratum per omnia conservā-
tem considerans, ineffabilibus
divinæ misericordiæ viscerib⁹
tibi

tibi patefactis, nimio in eo charitatis ardore te conferens, totum te fletibus resolvendo; nūc verò occultissima, profundissima & summè arcana, nimiūq; stupenda judicia justitiæ ejus diligenter attendens, eum in omnibus fidelis & cōstans cū summo amore, ingenti quoq; timore ac tremore, discretus, supplex & humilis venerādo, præ omnibus autem continuam & vivam memoriam ipsius sacratissimæ passionis, in anima & corpore tuo ferens, ei, quantū potes, studeas conformari.

De sollicita custodia sui ipsius.
Vicesimum tertium, ut super custodia tua vigilans, omni tempore ab antiqui hostis fraudibus, (qui sāpē se in angelum lucis transfigurans, omni tempore & omni via, homini la-

que-

queū tēdit & retia, ut animas
nostras valeat captivare) solici-
tudine te tutissima tuearis: venā-
tiū laqueos fugiēs sicut passer;
tātēq; puritatis humilitate sācta
in oculis tuis fias, ne subtilissi-
ma ējus retia te valeat cōtine-
re: à quibus sanē tūc poteris li-
berari illæſ⁹, cūm effect⁹ fueris
Isrāēl, cōtinuè mētalib⁹ oculis
videns Deum, quia non dormi-
tabit neq; dormiet ejus custos.

De pura confessione peccatorū.
Vicefrā quartū, ut tenes inde-
fessum instituti sancti rigorē sa-
cris ardoribus cœlestiū deside-
riorū succēsus, mētis & corpo-
ris mūditiæ pulchritudinē, īno- * fōrt:
cētiæ puritatē, cōsciētiæq; tene- leg: ne
ritudinē cōservās cura diligē- unquā
tissima caveas, * ne ūquā tepēdo respici-
in aliquo resipiscas. Ad quod endo in
quidē diligētiūs & spuriūs cō- aliquo
ser- fcas.

servādū, quotidiana discussione,
septies in die examines vitam
tuā. Sēper antē vel immediate
post quālibet horā canonicā, cō-
cōsci- siderās & discutiēs attētissimē
entia discus- qualiter de hora in horā ambu-
sio, laveris dignè Deo, sine macula
injustitiæ semita. Et quia nemo

est, qui sic disciplinā & justitiā
observet, ut nihil penit⁹ negligat
vel omittat: ideo necessariū
est, ut ad pœnitētiæ lavacrū re-
currēs cū dolore & gemitu, s̄a-
piissimē tuæ accusationi insistas.
In qua quidē accusatione, seu cō-
fusionē integrē, veraciter & pu-
rē, sine omni velamine excusati-

Cōfessio onis, vel occultationis, seu pal-
qualis liationis, per ordinē ōnes tuos
esse de- beat. retexēdo defect⁹, sacerdoti pro-
prio tāquā Deo debes intimare,
narrādo priūs omissions, quas
in his, quæ sunt ad Deū, fecisti,
& ma-

& maximè in oratione quātū ad
duplicē ejus partē, mentalē sci-
licet & vocalē; deinde defectus in
observatione justitiæ quo ad pro-
ximū, post, cōmissiones, quas egis-
ti ex mala custodia sensuū, & ad-
jacentiū affectionū & cogitatio-
nū. Hanc autē confessionē sē-
per debet cōtritio & satisfactio
comitari: ut doleas, videlicet, de
omnibō offendis, nō solūm de ma-
gnis, sed etiā de modicis; & dolē-
do caveas iterare culpā, sēper stu-
dēs causas & occasions peccati
præscindere, quātūcūq; per amo-
rē videantur tibi cōfūctē: quia
tunc juxta Salvatoris sententiā
eruendus est oculus scandalizās,
id est, occasions peccati vitā-
dæ, quæ quidē apparent nobis
delectabiles nimiū, etiā si multū
nobis displiceant earū effectus.
Unde fortissimum est in hac pu-

Matteo
5.30.

gna

gna bellū: & ideo oportet secū-
dū Dei præceptum esse cœcum,
surdum, & mutū, & insensibilem
ad omnia, in quibus non invenit
anima lucrū. Ut autem divino-
rum præceptorū disciplinæ cœ-
lestis observantiā, in supradictis
& cæteris aliis soliciūs intēdas,
ac servētius accēdaris, studeas
hæc quīq; semel ad min⁹ inter diē
& noctē affectuosè & mōrosè o-
mni tēpore sincera mēte tractare:

Rumi
nāda
hæc
quiq;
sem-
per.

quām, scilicet, sit brevis vita no-
stra; quām lubrica viā, quām mors
incerta, quæ præmia justis, quæ
supplicia parātur injustis: ut nō sit
servitiū sine timore, nec gaudium
sine tremore.

*Quales esse debemus in nostra re-
putatione, quamvis perfecti.*

*Vicesim⁹ quintū & ultimū, ut cùm
Divina gratia largiente, omnia
bene feceris, te servum inutile*

&

& peccatorē recognoscens omni
beneficio Dei reputes te indi-
gnū, sēmpēr robustissimam fidē
tenens, replet⁹ charitate divina,
fiducia magna sperans ab ipso
misericordissimo Patre, miseri-
cordiæ tibi viscera aperiri: ut dū
in fossā profūdæ humilitatis fir-
missima jeceris fidei fundamēta,
erexerisq; lucidissimos parietes
cōtinuæ ac servidæ charitatis,
decoratos omnium virtutum pi-
eturis, tecūq; desideratæ spei
beatissimæ posueris gloriosum;
tandem omnib⁹ ordinatè, dispo-
sit⁹, summus ille cœlestis inha-
bitator, dulcisq; hospes fideliū
animarū, cuj⁹ delitiæ esse cū filiis
bominū; tādiu tecū dignetur inha-
bitare per gratiā in præsenti sæ-
culo vel exilio, quousq; post ter-
minū vitæ hujus, in cœlestis bea-
titudinis patria, gloria stola
perpe-

perpetuæ immortalitatis indu-
tus, claritatem vultus ejus, cum
omnibus sanctis cernere merear-
is in jubilo; ubi erit summa fe-
licitas & æterna beatitudo finis
& complementum omniū desi-
deriorum nostrorum.

Conclusio Epistolæ hujus.

Hoc verūtamen adhuc scias
charissime frater indubitanter,
quod nisi perfectè abnegaveris te-
metipsū, sequi nō poteris vesti-
gia Salvatoris: & sine sollicitudi-
ne cōtinua & labore, ejus gratiā
adipisci nequibis. Et nisi assidue
pulsaveris portas ejus, ingredi nō
poteris ad pacem mētis. Et nisi
cōsiderē ambu te instāter in timore Dei tenue-
landūris, cito Dom⁹ tua corruet in pro-
cum Deo. te tenueris, & exercitatus fueris
in prædictis: spero in misericor-
dia Salvatoris, quod te gratia sua
dignū

dignū faciet in præsenti, secūq;
potieris gloria in futuro: quod
ipse tibi cōcedat, qui est trinus
& unus in sæcula sæculorū be-
nictus, Amen.

Hæc autē, charissime, nō ideo
tibi scripsi, quia te crederē talib⁹
indigere: sed quia antē college-
rā pro me ipso, cernensq; me⁹
incōstantiæ pronitatē, seu con-
stantiæ parvitatē, cogitavi eatibi
tanquā coadjutori fideli commu-
nicare: ut quod mea pufillani-
mitate negligentiaq; teporis o-
mittitur, tua magnanimitate, fer-
vorisq; solicitudine restauretur;
maximè cùm te concordē quasi
ōnibus votis meis, in hujusmodi
simpliciorib⁹ plurimū delectari
cognoscam. Quapropter charissi-
me in Christo, hæc ea rogo chari-
tate suscipias, qua illa tibi me
scio affectione misisse; ut videli-
cer

cethis ònibus supradictis, quo-
rû quidè disciplina nô videtur
esse gaudii sed mœroris, ita per
cœlestiû studiorû exercitia stu-
deaste mäcipare, ut pacatissimû
justitiae fructû afferât in futuro;
& exspectationis ejus dulcis me-
moria etiâ in præsenti, animam
tuâ gustu devotionis, adipe &
pingvedine replete, in Christo
Jesu Domino nostro: cui meari-
dû & verbosum potiusquam de-
votû, devotis tuis orationibus
cõmendabis, cui est honor &
gloria, decus & imperiû
per infinita sœcula
sœculorum,
Amen.

INDEX.

INDEX.

- Absentes semper excusandi. 220.
Acedia fugienda, 365.
Adversa quomodo superanda, 323.
Altare. De ministerio altaris. 108. de min-
istro, quē decet māditia. 109. Et reve-
rentia circa Sacerdātē. 110. Circa mini-
sterium. 111. Et corporalia aliaq; corpo-
ris vasa. 113.
Amici non frequentandi, 281.
Aromata religioso non usurpanda, 318.
- Bibere extraordinariē illicitum, 149.
In collatione bis vel ter bibēdū, 150. Ne-
mo in vitādus ad edēdū vel bibēdū, ibid:
Bibendi ritus, 152. Potus partior sit inter
seculares. 224. Vigilia vespertina ad
ignem, Et pocula vitanda, 225.
Vide Mensa.
- Calix reverenter attrectandus, 114.
Caput in Conventu operiendum, 182.
Charitas ad proximum, 358.
Chorus. de disciplina in choro, 87. Disso-
luto vitanda in choro Et tumultus, 93.
Cōpositio Corporis in choro ne sit vaga, 95.
Nec turpis Et mollis, 96. Uniformitas in

INDEX.

- choro, 97. In prostratione & inclinacione, 98.
Christi vox dulcis ad se omnes invitatis, 340
In quo omnia bona, 342. Qui cum fiducia
peccatoribus adcedus, 343. sine mora &
tempore, 344. Cons
Cibus quo rite sumedus, 140. Vide Mesa.
Cibi quales non petendi in refectorio, 141.
nec speciales, 144. nec delicatores apud
seculares petendi, 228. Cons
Cogitatio. Vide Deus. Vanæ cogitationes
vitæ, 304. Cogitationes & opera à ra-
tione dirigenda, 331. Cogitationes do-
mæ, ibid. Fin
Comunitatis. Vide Convictus. Profectio
summa servare communia perfectè, 248. Am
Comunia discenda, 260. Cont
Comunitas opera omnibus præferenda, 284. de
Compassio in nobis esse debet, 314. Tis
Confessio privata. Confessioni generali no-
vicio vacandum, 9. De confessione priva-
ta, 64. cui & quoties confitendum No-
vitiis, ibid: Confessio sit discreta, 66. &
pura, 67. cum reverentia. 68. Confessio
pura cor mundum Deo facial habitaculum,
235. Confessio rara quid efficiat, 276. Con-
fessio ficta, 308. Confessio pura, Qualis esse
de

I N D E X.

- debet, 366. Confessio publica, 69. Ubi facienda, & de quib⁹, ibid: In Capitulo de manifestis, ibid: Culpa agnoscenda, honeste, cautē, humiliter, 72.
- Conscientia. Bone conscientia indicium pacis cū omnibus habere 261. Conscientia puritate venitur ad Deum, 285.
- Conscientia puritas studiosè se Etāda, 287.
- Conscientia sep̄e inspicienda & examinanda, 332. Conscientia quotidiana discussio, 366. Vide puritas mentis.
- Contāta. Nō fluctuādū in bono proposito, 10.
- Firmando mens in proposito & vocatione, 235.
- Animo magno & strenuo opus esse, 245.
- Contemptus. Laus & contemptus perinde habenda, 320. Nemo pro merito satius contemptus fuit, 323.
- Contendere illicitum Religioso. 136. 326.
- Conventus. In Conventu nemini loquendum, 42.
- Cito accurrendum ad Conventum, 157.
- Conventu nemini manendū, ibid:
- Vita Conventualis Angelica, 159.
- Et Communis, 248.
- In Conventu Dominus requiescit, 160.

INDEX.

- Non vagandum per Conventum, 160
Nec in Hortum cundum sine copia, 161
Caput in Conventu operiendum, 181
 Vide Communitas.
Conversatio cum secularibus,
 Vide seculares.
Conviliari illicitum religioso, 131
Cor liberum sit, 339. Cordis custodia, 351
Corporalium munditia, 113. Vide Altari
Corpus. De disciplina in corporis compo-
sitione, 125
In gestibus, 126. Qui modesti sint, 121
 Humiles & graves, 128. Manus decen-
 ter componenda. 174
Corporis cura male præponitur pietati, 311
Corporis compositio in lecto. 175. 253
Correptio a quo animo ferenda, 73
Corrigi nolunt pravi nec se nec alios, 295
Culps quomodo cognoscenda, 72. Curiosori
indicia, 270. Custodia suipius 364
Defectus. Gradus primus ad virtutem de-
fectus est cognitio, 2. Detractio vitiorum
219. Per patientiam superanda, 323
Non obest; sed prodest. 324
Dex in omnibus prosperis & ad versis laudan-
dus,

INDEX.

- dus, 236. Intentio omnium aetionum
feratur in Deum, 237. Deus finis nostra
Professionis, 285. Ad quem pervenimus
puritate conscientiae, ibid: Deo cogitatio-
ne semper inkherendum. 361. 302.
Memoria Deo affigenda triplici funiculo,
303. Ingratitudo nostra adversus Deum, 309.
Solicite ambulandum cum Deo 370.
Dilectio humana spernenda, 333. sed Dei ap-
petenda, 334. Disciplina imprimis appre-
hendenda, 1. De preparatoriis ad disciplinam,
9. Necesaria ad ejus susceptionem bumi-
litas, 15. Disciplina quiete, 60. quæ ejus u-
tilitas, ibid: Quomodo comparetur, 61.
Studiose servanda, 62. Domus spiritua-
lis quomodo adificanda Deo, 369.
Ecclesia. Vide Templum.
Edere. Vide mensa.
Faciendum prius, quod alios vis docere, 330.
Familiaritates fugienda, 280.
Festi dies, ut sint agendi, 155.
Focus fugiendus, et ad Focum fabula et
vigilia vespertina, 225.
Frater suo solo nomine non est appellan-
dus, 490.
Fratres non sint nuntii aut bajuli lite-
rarum, 215. R3 Bini

INDEX.

- Bini incedant, 193. Juniores alios officio
præveniant, 259.
Caritatis gratia omnibus obsequantur,
283. Fratrem quemlibet religiosum,
tria decent, 280.
Gestus religiosorum, de disciplina in gestib⁹,
171. 126. 249. Mēbra singula propriis
officiis fungātur, 126. Gestus sint modesti,
127. Humiles & graves, 128. Dediſcipli-
na in gestib⁹ singulorū mēbrorum, 171.
Pandiculatio & oscitatio vitanda, 173.
Manus decenter componenda, 174.
Compositio corporis in lecto. 175.
Gloria vana in omni re visanda, 305.
Habitus. De disciplinacircabutū servā-
da, 176. Modus in panno, ibid: Forma
habitūs, 177. Compositio, 178. Ne sit di-
scindens, ibid: nec terrā verrat, 180.
Habitūs alia compositio in opere, 181.
Habitus nunquam deponendus, 185.
Nec inquinandus, ibid:
Honores fugiendi, 350. Horæ Canonicae.
Vide officium divinum. Hortus. In
hortum sine copia non eundum, 168.
Hospites cum caritate accipiendi, 260.
Hospitiū. Ubi sit fratrib⁹ in itinere ho-
spitan-

INDEX.

- fitandum, 195. De disciplina in hospitalio servanda, 205. Hospites non molestandi, 206.
De prudentia quæ opus est apud hospites, 207. Attendēdū apud quos h[ospital]eris, 208. Mulierū tactus & obsequia non admittenda, 210. Loca suspecta causa virtutis, 213. Humilitas locum preparat disciplinæ, 15. Necessaria ad disciplina susceptionē, ibid: Cui locū parat, ibid: Modesta humilitas deserviens contentioni, 37. Parendo servatur humilitas, 206. Summa est virtus Religiosi, 277. Humilitatis astutæ simulatio, 317. Humilitas vera, 351.
Impius est, qui propter parentes crudelis est animæ sue, 215.
Incessus. Vide Iter. de disciplina in incessu, 165. Modus in eundo, ibid: discrecio, 166. Necesitas, non vagandum per Conventum, 166. Non eundum in horum sine copia, 168. Ordo in eundo 169. & reverentia, 170. Incedendū sine strenuo, 187. Instructor Novitiorum. Magistro strenuo opus esse, 294. Novitios s[an]c[t]e convocaturus quomodo

INDEX.

- instituet, 70. Notabilia quatuor in eis
exploratus. 71.
Sine conscientia instrutoris nil Novi-
tiis agendum, 258. Vide Novitii.
Iter, Vide Incessus. De disciplina cōver-
sandi in itinere, 192. Cavenda mala
societas, ibid: Bini fratres semper in-
cedant, 193.
In omnibus sunt honesti, devoti, disforeti, ibid:
Missa audieenda ante omnia et absolven-
dū officiū divinum, 194. Ubi sit fratri-
bus in itinere hospitādū, 195. Itineratibus
quid est quomodo loquendū, ibid: De Deo
loquendū in itinere, 196. Et orandū, 197.
Modestè loquendum, ibid:
Non ostendendum in itinere, 198.
Ex itinere templum omnium primum
adeundum, 199.
Judicium. Pie de omnibus sentiendū, 32.
Non judicandum, ibid:
Judicandi non sunt alii, 312.
Judicia humana non curanda, 322.
Fallunt est falluntur, 319.
Alter alterius judicio obnoxius, 321.
Juniores fratres alios officio præveniant,
259. Juniorum tentatio superbire, 278.
Vide Seniores. Lxx-

INDEX.

- Labor.* Vide Opus. De disciplina in ope-
re manuali, 153.
Laus & contemptus perinde habēda. 320.
Lectione. De Lectione & sacra ad pietatē,
83. Dilectione Oratio formanda, 84.
Lectione. Cōpositio corporis in lectione, 175. 253.
Libri cautē servādi, 263. & mundē 264.
Licentia irroboraſ melioribus adverſa-
tur, 296. Cujus violentia abſerrentur
pii à bono, 297.
Lingua. Bis ad limam antequam ad lin-
guam sermo veniat, 217.
Religions initiū est lingua frānū, 250.
Litterarū bajuli non sint fratres. 215.
Littera aliena non legendæ. 271.
Locus. Juvat aliquādo mutatio loci, 13.
Nullus sine teste locus, 207. Loca suspe-
cta cautē vitanda, 213.
Loqui. Vide Sermo, In locutione qui
modus, 25.
De disciplina in modo loquend. 129.
Pr̄sumptio in modo loquendi, 41.
In Conventu nemini loquendum, 42.
Quando loquendum, 131. Tūtius audire
quam loqui, 136. Vide Lingua.
Lotio pedum, 183.

INDEX.

- Maria Virgo devotissimè colenda. 354.
Majoribus deferendum, 205.
Malitia aliena non nocet, 327. Noli vinci
ci à malo, 328.
Manus decenter componenda, 174.
Meditatio necessaria orationi, 77.
Memoria affigenda Deo funiculo tripli-
cata. Mensa. Vide Bibere, cibus. De Di-
sciplina in comedione, 139. Honestas in
mensa, 140. Oculi in mensa custodiens
di, ibid: Silentium servandum, 141.
Cibi quales non petendi, ibid: Specialia
sive scandalo si necesse est sumenda, 144.
Specialia in mensa non querenda, ibid:
Ciborum quantitas, 145. Decenter e-
dendum, ibid: cum munditia, 146. Et
Tēperāta, 148. sine longa mora, 149.
Extraordinariè non edendum aut bi-
bendum, ibid:
Fragmēta nō facienda aut reliquie, 151.
Felles in refectorio nō permittenda, 153.
Tempestive omnia præparanda, 163.
Portio sua cuiq; apponenda. 164.
De disciplina comedēdi inter seculares,
223. Cibus moderatus sit, potus parcior,
224. Cibi delicatores nō appetēdi, 228.

In

INDEX.

- In mensa non diu morandum,* 230.
Taciturnitas in mensa, ibid: *Non invitandi* alii ad edendū aut bibēdū, 231.
Honesti mores in omnibus, 232. *Extra cōmune refectio*nem nūl sumēdū, 251.
Miseratio in nobis excitanda, 315.
Missa. Sacerdotū diligentia in Missa, 115.
Et ministrorum, 116. *Sacerdotum honestas in Missa* 120. *Circumspectio, 121.* in consecratione, 122. *In sumptione mysteriorum,* 123.
Missa ante omnia audienda, 194.
Missa nusquam varianda, 294.
Ad Missam omnibus post positis accursum, 245.
Mitis ad omnes esto, 325. *Vide Confēdere.*
Mores aliorum non observandi, 313.
Mulier. Mulierum tactus, Et obsequia nō admittenda, 210. *Quomodo mulieribus loquendū,* 211. *Nullæ osculandæ,* 111.
Nec tangendæ, 212. *Loca suspecta cautè vitanda,* 213. *Mulierum consortia fugienda,* 355. *Musculis nullius gratia comparanda,* 281.
Negligentia. In nullo debet esse negligens qui vult proficere, 297. *In tentationibꝫ superandis.* 308. R6 Negli-

INDEX.

- Negligentia in precibus. 310.
Negotiis secularibus non debemus implicari, 214.
Novitii non fluctuet in bono proposito, 10.
Sæpe convocandi ab instruitore, 70. Qui in eis quatuor notabilia exploraturus. 71.
Novitii ab omnibus desiderent reprehendi, 74. Si quid eis præter morem præcipitur non recusent, 161. sed obediant mansuetè, velociter, ibid: Integrè, circumspetè, 162.
Superbia Novitii sum opere fugienda, 248.
Sine conscientia instrutoris nihil eis agendum. 258.
De profectu & defectu novitiorū, 265.
Signa honorum novitiorū, 265. Improborum nota, 266. Tepidorū indicia, 267.
Curiosorum indicia, 270. Signa superbia in Novitii, 271. Quæ omnia novitii fugienda, 274.
Obedientia necessitas meritum, 17.
Opimus obedientia gradus. 18.
In agèdissé per accedit auctoritas superiorū, 20. Non propria voluntas, ibid:
Ad opera cōmunia & quædā specialia nō est op̄g obediētia speciali, 22. & 23. & 24.
Obedientia in locutione, 25. In usu

INDEX.

- In usu rerum, 28. Quidquid præcipitur
quasi præceptum diuinus obseruetur.
236. Occupat ones inutiles vitæ, 304.
Oculorum custodia, 171. Odium. Nullus
odio habendus, quomodo conversandū
cum oforibus nostris, 325.
Offensus humili satisfactiōne placando
69. Officia equalibus commendanda, 50.
Humilia officia juniores senioribus non
permittant, 53. Officium diuinum de
quo in generali, 85.
Quæ sint memoriter discenda, 85.
Prævidendum officium diuinum. 86.
De disciplina in choro, 87. Reverentia
interior in diuino officio, 242. Et 88.
Exterior diligentia, ibid: Providētia,
90. Et cautela, 91. Honestas in officio
divino, ibid: Vide Chorus.
De disciplina officii extra chorūm, 101.
Stando orandum, 243, Et 101.
Distincte Et cōtinuè, 104. Integrè, 105.
Et ordinate, 106. Non variandum à
præscripto, 107.
In tempore orandum, ibid:
Officium diuinum ante omnia persolven-
dum, 194. Et devotissimè, 240.

Ad

INDEX.

- Ad Collectam attentio,* 243.
Negligentia in precibus, 310.
Vide Oratio.
- Officinae. De disciplina in officinis,* 186.
Extranet ab eis abarcendi, 189.
Opus. De disciplina in opere manuali, 153.
Discretio in opere, 153.
Et tempore, 154. diligentia, 156.
Honestas, 165.
Sine strepitu omnia agenda, 186.
Oratio. Sapè Et ferventer orandum, 14.
Orationi instantum in omni loco, 76.
Orandi modus, 77.
Orationi meditatio necessaria, ibid:
Oratio sit devota, 78.
Cui deseruit locus secretior, 79.
Mane Et vespere orandum, 80.
Oratio pastus est animæ, 81.
Frequenter orandum, 82. *In tempore orandum,* 107. *Orandum ex animo,* 229.
Orandum mox pro illis, qui preces efflagitant, 263.
Vide officium divinum.
- Oratio sit omne opus,* 368.
Oratorium, 186.
Ordo. Schola virtutum, 293.
Ordi-

200

INDEX.

- Ordinum corruptela remissio, 294.
Ordinis secreta non revelanda, 218.
Otium. Nusquam standum otiosè, 188.
 Nusquam otiadum, 252. 301.
Otiosus ne sit otiosus, 304.
Pandiculatio & oscitatio vitanda, 173.
Parentes. Impius est, qui propter parē-
tes crudelis est animæ sue, 215.
Patientia discenda, 296.
Patientia vincit, 326.
Tribulationes cū patientia tolerādæ, 348.
Paupertas Evangelica,
 Transitoria omnia in primis abdicāda, 7.
Paupertas commendatur professis, 279.
 Superflua & singularia spernenda, 318.
Pax. Pacem cum omnibus habere libera-
lis animi & bona cōsciētia indicū, 261.
Pax animæ quomodo habeatur, ibid:
Perfectio summa religiosi communia per-
fēctè servare, 248.
Philantria, 316. Prälatis & senioribus
deferendum, 44. 55. 254.
Præsumptio in re & signo, 33.
Præsumptio interior vitanda, ibid:
 & exterior, 34.
In usurpatione officii alieni, ibid:
In

INDEX.

- In loci dignioris occupatione,* 36.
Præsūptio in gestib⁹, 38. in locutione, 39.
In modo loquendi, 41.
Presumptuosi indicia, 43.
Professio. De noviter in ordine professis,
275. *Quid eis agendum,* *ibid:*
Egent rectore, 276.
Ex Magistro frenuo, 294.
Constantia illis opus esse, 277.
Professi ne pejores fiant, 298.
Professionis finis Deus, 285.
Proficere qui vult, in nullo debet negligens esse, 297.
Præpropera promotio à virtutū dejicit profectu, 278.
De Profectu religiosorum, 265.
Magna pars est profectus velle proficere,
297. *Propositū bonū. Vide constantia,* 10.
Proprietas. Modus in usu rerum, 28.
Proprium quid, 29.
Nil recipiendum clam superiore, 30.
Ne minimum dent vel accipient Novitii sine licentia. 31.
Prudentia se nō nūquā aliis accōmodat, 4.
Pudor vanus vitandus, 306.
Pudor salutaris, *ibid:*
Puri-

INDEX.

204

- Puritas mentis studiosè sectanda, 287.
Puritatem quid conservet, ibid:
Puritas hac, regia via ad Deum, 288.
Recollectio quotidie sedulo servanda, 61.
Nunquam omittenda, 237.
Qualis quisq; sit videat, & qualis esse
debeat, 312.
Sæpè inspicienda & examinanda con-
scientia, 366.
Quinq; quotidie ruminanda, 368.
Religiosos tria decent, 280.
Item occupari meditatione, lectione,
ratione & operatione, 302.
Remissio animi aliquando probatur, 294.
Remissio Ordinum corruptela, 294.
Reprehendere alius multi malunt, quam
se emendare, 329.
Res diligenter custodiende, 213. 263.
Modus in usu rerum, 28.
Reverentia. Vide Pralati.
Irreverentia de qua, 44.
Irreverentia in Conventum, 46.
In Superiorem, 47.
In seniorem, ibid:
In sacra loca, 57.
In dies festos, 58.

Rigi-

INDEX.

- Rigidum in se, in alios lenem esse oportet,
247. Ritus religiosus, 172.
Rumigeruli non sint fratres, 141. 221.
Sacerdos. Vide Missa.
Sæculares. De disciplina conversandi in
omni loco sæcularium, 190.
Cautè & honestè cum sæcularibus con-
versandum, 191.
De disciplina verborū intersæculares, 216
Tarde loquendum & cautè 217.
Modestia in morib⁹ apud sæculares, 262.
Sæculi consolationes deserenda, 347.
Sanctitatis studia in quibus cōsistant, 299.
Scala salutis octo graduum, 346.
Schola virtutum religiones, 293.
Secreta Ordinis non revelanda, 218.
Seniores reverendi,
honorandi, 255.
Seniori socius junior inhæreat, 190.
Seniori se junior conformet, 203.
Sensus diligenter custodiendi,
& domandi, 301.
Sensuum custodia, 352.
Sermo. Vide Lingua.
Loqui. Sermo Religiosi modestus sit, 12.
sit benignè. 130.
rigi.

INDEX.

<i>rigidus</i> , 133. <i>Sed placidus.</i>	135.
<i>veridicus</i> , <i>purus</i> ,	134.
<i>honestus</i> ,	135.
<i>Contendere illicitum</i> ,	136.
<i>Ego convitiari</i> ,	137.
<i>Sermo sit dulcis</i> ,	138.
<i>Bis ad limam antequam ad lingvam veniat</i> ,	217.
<i>Sermo religiosi qualis esse debeat inter seculares</i> ,	222.
<i>Vox sit remissa Ego suavis</i> ,	ibid:
<i>Servitus felix</i> .	33.
<i>Silentium. Vide Lingva, loqui, Mensa.</i>	
<i>Socio seniori inbareat junior</i> ,	190.
<i>Societas malorum vitanda</i> ,	192.
<i>Seniori se junior conformet</i> ,	203.
<i>Solitudo Ego Vigilia</i> ,	353.
<i>Somnus. Ut ad somnum componaris</i> , 253.	
<i>Ut corpus componas ad lectum</i> ,	175.
<i>Studium. Quomodo studendum, Vide Lectio.</i>	
<i>Superbia fugienda Novitiis.</i>	245.
<i>Superbia signa</i> ,	271.
<i>Superbire juniorum tentatio</i> ,	278.
<i>Superiores. Vide Prælati.</i>	
<i>Templum. Ex itinere omnium primo Ec- clesia</i>	

INDEX.


- Elesia adeunda. 199.
De modo con versandi in Ecclesiis sacerdotalium, ibid:
Missam Officiū cum aliis faciant, 200.
Oculi custodiendi ē lingua, 201.
Aliis se fratres conforment, 202.
Tentatio de cautelis cōtra tentationes, 10.
Tentationum initii absq; mora resistendum, 12. 332. Negligentia in tentationibus superandis, 368.
Tepidi indicia, 267.
Transitoria omnia in primis abdicāda, 7.
Tria decent religiosus, 280.
Paucā loqui, paucos habere familiares, multum orare, ibid:
Tribulationes, Vide Patientia.
Tribulationes occultande, 360.
Tristitia animum dejiciens citō repellenda, 365.
Vetustatis depositio de qua, 7.
Vigilia & effertia ad focum, fabulas, poca non procuranda, 225.
Virtus. Primus ad virtutē gradus defectus cognitio, 2.
Propera promotio à virtutum dejicit projectu, 278.
Virtu-


INDEX.


- Virtutum schola religiones,* . 293.
Vitia tria communia hominum, 316.
Vitia extirpanda, 348.
Voluntas propria de ejus abnegatione, 16.
 Grande malum propria voluntas, 20.
 Non sit in agendis, *ibid:*
Voluntatis propriæ abnegatio tota reli-
 gionis perfectio, 16.
Vox dulcis Christi omnes ad se invitā-
 tis. 340.



Bibl Jag







KSIĘGARNIA

ANTYKWARIAT



* 493505 F *

Biblioteka Jagiellońska



stdr0024059

